*Liber Biblioth. Gieſſenæ veteris*
*Repoſit.* (3) *Num.* 23ª
in scrinio inferiori.

Hs. 621

475 Hl

# IOANNIS STVR
## MŸ PARTITION„
## VM DIALECTICA„
## RV̄ LIBER PRĪVS.

Inscribuntur hi libri partitiones dialec:
ticæ ad imitationem Ciceronis, qui
præcepta dicendi etiam inscripsit hoc
titulo Nam hæc ars et Rhetorica
sunt inter se coęnatæ, eadēmq; est
methodus in utraq; arte Inscribun:
tur partitiones p̄ methodos, quibus
hæc præcepta traduntur sunt enim
tres methodi, quibus omnes artes & sci:
entiæ traduntur Est autem methody

uocabulum græcum, & dicitur à præ
positione μετὰ, et nomine ὁδὸς, à
græcis etiam appellatur διδασκαλία
ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod est docere,
quoniam utilis est ad docendum.
inde διδασκαλία ars ratio docendi

Quid est Methodus?

Methodus est certa ratio seu uia tra:
dendi docendiq; artes et disciplinas
Græci ita definiunt, μέθοδος ἐστιν
ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου. h.
methodus est habitus id est ars uiã
faciens certa ratione. Ea ē triplex
uel ἀναλυτικὴ resolutoria uel διαι:
ρετικὴ diuisoria, uel συνθετικὴ
compositoria. Ἀναλυτικὴ metho:
dus est quæ incipit à toto, et illud
in minimas partes resoluit, uel pro:
ceditur usq; ad minimas partes ut
dialecticus cum uult iudicare de syllo
resoluit eum in minimas partes. h.

in tres terminos: ita medicus uolens
sibi comparare cognitionem totius cor:
poris humani, dissecat illud in mini
mas partes, quam rationem medici
uocant ἀνατομίαν, et haec methodus
contraria est superiori methodo συν:
θετικὴ cuius est methodus συνθετικὴ.
Quae incipit a minimis partibus, et pau:
latim proceditur ad constitutionem
totius, ut Grammatica incipit a mi:
nimis partibus .h. a literis, et ab illis
procreditur ad syllabas, postea ad
dictiones, tandem ad orationem. Et
dicitur etiam συναλτικὴ.
Methodus διαιρετικὴ est, quae inci:
pit a definitione, et omnia, quae inea
sunt posita diuidendo explicat. Et
appellatur etiam ὁρισικὴ ἀπὸ τοῦ
ὁρος a definitione, a qua haec metho:
dus incipit, et iuxta hanc methodum
praecepta dialectices a nostro autore

sunt conscripta et tradita ac propterea
isti libri inscripti sunt partiones dia-
lectices, propter methodum partitoria
quam autor noster in his præceptis
secutus est, qua in re imitatus est Ci-
ceronem, qui præcepta Rhetorices
etiam hac methodo tradidit ac pp-
terea inscripsit suum librum parti-
tiones oratorias. Sunt n- istæ duæ
artes dialectica et Rhetorica inter se
cognatæ, et alter alteri manu præ-
bet, quo fit, ut eadem methodo etiã
possint doceri, et ab altero percipi ut
supra dictum est. Deinde obser-
vandum est, dialecticam esse partẽ
philosophiæ, quæ logica dicitur
sunt n- multi, qui dicunt dialectica
non esse partem philosophiæ, sed instru-
mentum philosophiæ, et interpretes
Aristotelis videntur esse eius sententiæ

Nam libros dialectices uocarunt ὀρθῶν ὀρθώτων et λείψ. Dialectica uero esse artem probari potest ex artis definitione tali syllogismo

Quicquid constat certis præceptis et habet utilem finem in rebus humanis propositum id est ars.
Sed Dialectica constat certis præceptis et utilem habet finē in rebꝫ hūis
Ergo Dialectica est ars.

Ars a græcis dicitur τέχνη, Latini artem dictam uolunt ἀπὸ τῆς ἀρετῆς per sincopen. Nam etiam artes aliquibus dam nominantur inter uirtutes

Ars est ut Cicero dicit ratio, scientia uia, rērum rectē faciēndarum, Sed autoris definitio hæc est, Ars est constitutio comprehensionum exercitatione comparatarum, utilem habens finem in rebus humanis., Græci ita definiunt, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ

καταλήψεων ἐν γεγυμνασμένων
πρὸς τὸ τέλος εὔχρηστον ζωὴν ἐν
τῷ βίῳ. Dicunt autem
θέσηκα ἀπὸ τοῦ θεσίσαθαι constitu-
endo, quia artes constituuntur
ex multis præceptis
κατάληψις dicuntur comprehen-
siones animi, uel ἀποφάσεις certæ
et firmæ, quæ animo compreh-
duntur, ut sunt artium præcepta
illa enim mente, et animo percipi-
untur, et hoc apud græcos significat
καταλαμβάνεσθαι, at totum ma-
ius esse sua parte, sex de uoces musi
cales. bis quatuor esse octo
ἐν γεγυμνασμένων comparatione
tarum exercitatione, Hoc ideo ad-
ditur in definitione artis, ut osten-
datur præcepta artium referenda
esse ad usum, et exercitationem.

nisi enim exerceantur, nullum habẽt usum. Nam doctrina fit illustrior usu et exercitatione. Hinc vulgatum dictum est usus facit artem
πρὸς ἃ λέγει ὁ εὐχρηστον) Hic excludũtur omnes illæ artes quæ vel malæ sunt, vel vanæ et inutiles, et propterea à græcis vocantur κακο τέχνιαι, et ματαιο τέχνιαι) artes vanæ, quæ nullum habent usum vt artes præstigiatorum, circulatorũm

Cur Rhet: et dialectica eadem tradũntur methodo?

Quia hæ quæ artes sunt inter se cognatæ, et Cicero dicit de oratore artem dialecticam esse vicinam et finitimã Rhetoricæ. Et Artes dicit Rhetoricã esse ἀντιστροφὸν τῇ διαλεκτικῇ
Deinde quia eandem et communem habent materiam dialectici & Rhetorici. Hæc ars quibꝫ nominibꝫ vocat̃

Hæc ars disserendi uel disputandi a
græcis duobus nominibus est appel:
lata Logica et dialectica. Logica
ἀπὸ τῆς λόγος quia hæc ars uersa:
tur circa τὸν λόγον orationem.
Dialectica a græco uerbo διαλέγεσθαι
quod significat disserere, disputare
et amice cum altero de re aliqua
colloqui. Hæ duæ appellationes
differunt ut genus et species. Voca:
bulum-n-logica est generale, perti:
nens ad omnes artes logicas, qua:
rum sunt tres. Grammatica. Dia:
lectica, Et Rhetorica. Istæ-n-tres
artes omnes uersantur circa τὸν
λόγον. Vocabulum uero dialecti:
cæ est speciale, pertinens solum
ad hanc artem disputandi.

## Quid est Logica?

Est ars perspiciendi diiudicandi dis:
serendi quid sit, et quale sit id, quod

ad disquirendum docendumue est p:
positum. In hac definitione genus
est ars. differentiæ sunt perspicendi:
diudicandi, disẽndi &c. Dicit aute
perspiciendi) propter primũ officiũ
dialectici quod est inuenire. Nam per:
spicere significat diligenter omnes
locos percurrere et argumenta inue:
nire. Dicit autem
diudicandi) propter secundũ officiũ
dialectici, quod est iudicare. Nam
iudicare est argumenta inuenta ad
formam syllogisticam vedigere. No
enim potest dialecticus de argumen:
tis iudicare, nisi ea vedigat ad figu:
ras syllorum. Dicit
disserendi) propter tertium officium
dialectici, quod est ~~iudicare~~ disserere. Nam
disserrere est ordine et artificiosè
argumenta in medium proferre, et
de rebus propositis disputare uel est
argta inuenta & ad formã syllogisticã redacta,
certo ordine disponere & in medium proferre.

quid sit) pp definitiones, quæ ostendut quid sit res? Dicit.
Quale sit) propter differentias et accidentia, quæ ostendunt qualis sit res
Ad disquirendum docendumue propositum) Vocatur problema. q̃ thema, Et illud propositum est uel ad disquirendum, quando nimirum dialecticus habet aduersarium, cum quo de proposita quæstione uel themate disputat. Vel propositum e ad docendum, quando dialecticus non habet aduersarium, sed discipulum, quem uult docere. Est-n. dialectica non solum instrumentum disputandi de re proposita, sed et docendi
Logica dicta est, quia artificiosæ et subtilis orationis uiam demonstrat, ac patefacit. Nam hæc ars est quasi methodus τῶν λόγων.

idest, ostendit rationem et uiam lõgn:
di de re proposita, Illa subtilitas
orationis consistit in tribus in defini:
endo, diuidendo et argumentando
Nam ad hæc tria totam suam ar
tem dialecticus refert, quonia au:
tem tres artes logicæ sunt, Gram:
matica, Dialectica, et Rhetorica,
oritur iam quæstio, quare hæc ars
diserendi peculariter ā ueteribus
logica fuerit appellata. Nam uete:
res cum logicam nominarunt, præ:
cipue hanc artem dialectica censue.
runt. Hoc factum est propter præ:
tantiam et excellentiam τῦ λόγ
orationis et sermonis dialectici,
etiamsi n. omnes tres artes. Gratia
dial: & Rhet: uersentur circa λόγ'
λόγον: tamen dialectico rū oratio
omnium est præstantissima, præsta:
tia autem illa et excellentia cõsistit

in ueritate et subtilitate. Nam ea demum uera est oratio, q̃ aperta uera et subtilis est, et talis est oratio dialecticorum. Et hic notandum est discrimen inter orationem grammaticorum, dialecticorum et oratorum. Grammaticorum oratio tantum spectat puritatem. h. ut pura et conerua sit. Oratorum spectat ornatum, elegantiam et copiam uerborum. h. ut sit splendida, copiosa, et ornata. Dialecticorum oratio spectat ueritatem, et subtilitatem. Ex hoc discrimine facile apparet, oratione dialecticorum esse præstantiorem reliquis. Logica in quot partes diuidit. Apud ueteres in duas partes diuisa est in apodicticam et dialecticam. Apodictica dicta est ἀπὸ τῆς ἀποδειξ-

uidr

quod significat demonstrare, inde apodictica est ars demonstrandi, et ea propria est mathematicorum Illi. n. ex necessarijs necessario ali: quid demonstrat. Demonstrare autem dicitur qui necessario ex necessarijs disputat. Disputare et disserere, significat in utramq; partem affirmando et negando disputare est propriè dialecticorum, sed demonstrare est proprie mathematicorum. Quid est apodictica?

Est quae firmiorem rationem concludendi tradit, et ex affirmatis minime dubijs, et ex certis atq; necessarijs conficit. aliomō In hac definitione habemus materiam apodictices quae est verum necessariarum. Nō apodictica ex necessarijs concludit, sed quo sunt genera necessariorum

Vnum genus est eorum, quæ ab omnibus intelliguntur sua natura, sine præceptore et demonstratore, cuiusmodi sunt κοιναὶ ἔννοιαι communes sententiæ, ut totum esse maius sua parte, quæ hominibus sunt innatæ item bis duo esse quatuor, ita sunt ἀξιώματα apud mathematicos ut si ab æqualibus aufferantur æqualia, quæ remanent, erunt æqualia Et pp hoc genus necessariorũ dicit in definitione apodictices quod ex certis et necessariis conficiat conclusionem. Nam certa et necessaria hoc in loco ea dicuntur quæ abomnibus intelliguntur et esse dicuntur propterea a Græcis uocantur αὐτόπιστα quia per se fidem faciunt, et αὐτομολοῦντα πολλοῖς δόξαντα per se confessa, quia nemo illis contradicit, Item ἀναπόδεικτα, quæ demonstratione

nulla opus habent. Non n opus e, ut
aliquis mihi probet, quare totum sit
maius sua parte. Nam ista omnia si-
ne probatione creduntur
Alterum genus necessariorū est eorū
quae ex primo genere sunt demostra-
ta et probata, quae quidem etiam
sua natura necessaria sunt, sed ta-
men non ab omnibus talia ee videt
nisi prius facta demonstratione, cu-
ius modi sunt problemata et theore-
mata apud mathematicos Vt ad
omnē lineam rectē finitam, trian-
gulum equilaterum constituere et
uocantur ἀπόδειξις quae demōstra
ri possunt et ἀρχαὶ Et propter hoc
genus necessariorum dicit in definit-
one ex affirmatis & minime dubijs
talia n post factam demonstratione
nullam amplius habent dubitatione
Quid est dialectica
Est earum rerum, quae dubitationem

atq; hæsitationem habent, & probabi-
lia argumenta in utramq; partem
secũ asferunt, In hac definitione
ponitur etiam materia dialecti-
cæ quæ est rerum contingentium
ἐνδεχομένων, de quibus po-
test nonnunquam dubitari et ppea
dicit in definitione illas res habere
dubitationem, et hæsitationem.
Nam contingentia non in una
tantum partem ualent, sicut ne-
cessaria, sed in utramq; partem. h.
possunt esse uera, et etiam non uera
Vt parentes amare suos liberos e
propositio continens. h. in aliqbq
uera est in aliquibus non uera,
Et ppabilia argumenta dicuntur
quæ ualent in utramq; partem &
affirmando et negando, sicuti ne-
cessaria argumenta, quæ tantum
in unam partem ualent. Hinc

probabiliter disputare de re proposita
est officium dialectici, et nihil ali-
ud significat, quam affirmando &
negando de re proposita disputare
Et propterea dialectica, si breuis
eam definimus, est ratio disserendi
de rebus in utramq; partem proba-
biliter. Differunt autem apodicti-
ca, et dialectica præcipue materia,
Nam apodictica uersatur circa ne-
cessaria, dialectica uero circa probabi
lia. Quanquam autem apodictica
præstantior sit dialectica: tamen
uocabulum dialecticæ etiam positũ
est pro apodictica propter materiã
dialecticæ, quia dialectica maiorẽ
suppeditat copiam argumentorum
quam apodictica, maior. n. est copia
rerum probabilium quam necessari-
arum, ac philosophi in disputando

plerung, argumentis probabilibus usi
sunt. Materia dialectica est re-
rum probabilium seu contingentiu
uel fortuitarum quæ in utramq;
partem ualent. Sed quæritur u-
trum dialecticus nunquam dispu-
tet de rebus necessarijs. Respondeo
quo sunt tempora, quibus licet di
dialectico argumentis necessarijs
Primum tempus est, quando dialec-
ticus non habet cognitionem illa-
rum rerum, quando non scit illas
res esse necessarias, et tum dialecti-
cus disputat de ijs tanquam de
probabilibus, ut necesse est rem
calefacere. Alterum tempus, quã-
do dialecticus quidem illarũ rerũ
cognitionem habet sed suã adhi-
bet artem ad inuestigandã principia

artium et ꝺiſciplinarum. Nam ꝺia-
lectica eſt eiuſmoꝺi ars, quæ poteſt
aꝑ hiberi aꝑ omnes reliquas artes
Hinc ueteres ꝺixerunt ꝺialectica
eſſe artem artium, et ſcientiam
ſcientiarum, et Artes ꝺicit ꝺialec-
ticam eſſe ὄργανον ὀργάνων, ſic
libro primo ἀναλυτικῶν ꝺicit, ꝺia-
lecticam eſſe ἐξεταστικὴν πρὸς ἃς
ἁπάσων τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν
ἔχουσα. h. ꝺialecticam eſſe eius-
moꝺi artem qua inueſtigantur
principia reliquarum artium, et
quæ monſtrat ac pateꝼacit uiam aꝺ
omnium ꝺoctrinarum principia
uel eſt eiusmoꝺi ars, facultas quæ
applicari poteſt aꝺ omnes artes &
ꝺiſciplinas, et pateꝼacit uiam aꝺ
principia omnium artium. Item
ꝺialectica eſt χεὶρ τῆς φιλοσοφίας

hoc est manus philosophiæ.
Dialectica diuiditur in duas partes in uim differentis et disquisitionem
Vis differentis nihil aliud est quã officium dialectici, δυὰ μέρη τὸ ἔργον τὸ διαλεκτικοῦ
Disquisitio est ipsa disputatio et forma orationis, διάλεξις διάλεξις συλλογισμὸς. Hæc diuisio dialectica facta est ad imitationem Ciceronis, qui Rhetoricam diuidit in tres partes, in uim oratoris in orationem, et in quæstionem in qua diuisione Cicero uim oratoris uocat officium oratoris, quod est quinq; partium, consistit in inuoniendo, collocando eloquendo pronunciando et memoria
Officium dialectici triplex est consistit uel in inueniendo, uel iudicando, uel collocando, primũ cm

dialecticus debet argumenta inuenire, quibus id, quod propositum est uel probet uel refutet. Deinde inuentis argumentis debet ea redigere ad figuras syllogismorum, quod fit per iudicationem, et tertio debet ea ordine collocare, et in medium proferre. Hic etiam notandum oratores iudicationem omittere et illud propter quas causas. Quia iudicationem comprehendunt sub inuentione. Est enim inuenire apud oratores nihil aliud, quam meliora argumenta inuestigare atq; eligere quae in re opus est iudicio. Altera causa est quia iudicatio propriae philosophorum et dialecticorum et omnia praecepta, quae oratores de iudicatione tradunt, desumpta sunt a dialecticis et philosophis, periu: dicationem autem nihil aliud intel:

licimus, quam rationem argumentandi, quæ propria est dialecticorum sicut n. oratoris proprium est bene dicere: ita dialectici proprium est bene argumentari & orator cum argumentatur non facit hoc ex sua propria arte, sed facit hoc tanquã dialecticus. Sed quæritur, an ne dialectica, ut reliquæ artes etiam habeat subiectum proprium aut materiam circa quam solam uersetur. Respondetur. Non habet sed habet communem materiam cũ oratore. Et illud subiectum est omnis res quæcunq; ad disputandum afferri. Dialecticus n. non est alligatus ad certam aliquam rem uel subiectum, de quo solum disputet sed potest dialecticus de omnibus rebus, qualiscunq; sint artis aut facultatis

disputare. Subiectum autem alicuius artis est id ad quod omnia in aliqua arte referuntur, a græcis dicitur ὑποκείμενον. Verbi gratia, materia ἕλη ut subiectum Arithmeticæ est numerus, subiectum musicæ est sonus subiectum medicinæ est morbus, subiectum physicæ corpus mobile. Subiectum Geometriæ est magnitudo. Differunt dialectica et apodictica primum materia ut dictum est. Nam apodictica versatur circa res necessarias. Dialectica vero circa res probabiles. Nam aretæ Apodictices sua natura sunt necessaria, Dialectices vero natura sunt probabilia, nec habent necessitatem nisi alter cum quo disputatur consentiat. II Differunt forma orationis. Apodictica simpliciter aliquid statuit, et tantum sumendo concludit. Nam demonstrator suas

propositiones, tanq notas manifestas Et ideo dicit κατὰ βάσιν literas accipere et ponere. Dialectica uero concludit interrogando. Nam dialecticus non potest inferre conclusionem, nisi habeat assentionem alterius cum quo disputat
Differunt et Dialectica et Rhetorice praecipue ipsa orationis forma. Nam oratio dialectici nuda simplex, breuis et aperta est. Orator uero adhibit ornatum et splendore et eius oratio est splendida, copiosa & dialecticus solum cura suscipit de rebus, Orator de uerbis
Hoc discrimen Zenon philosopho ostendit manu explicata & manu contracta in pugnum. Nam dialecticam dicit esse similem manui in pugnum contracta et compressa Rhetoricam uero similem esse palmae

seu manui explicatæ dilatatæ in
frontos. Hac similitudine Zenō
iste philosophus quo ostendit, Dia
lectica orationem arctiorem ee et
magis contractam. h. nudam et bre:
uem. Oratoris uero ee amplioremm
et uenustiorem. Deinde arcta dia:
lectici uehementius laedere, et ee
firmiora, quam sint argumenta ora:
toris, quēmadmodum etiam is, qui
pugno aliquem uerberat, uehemē:
tius eum laedit, quā si palma pulsaret,
Tertio dialectica uersatur circa
uniuersalia. circa dēs θέβεις
Rhetorica circa singularia dēs ὀνοθέβης
Sed prorsus nullam curā uerbo:
rum debet dialecticus habere?
Debet, ut sciat uerba, q multiplicem
habent potestatem, distinguere, quæ
uerba uocantur πολύσημα ἀμφίβολα
ambigua, uocant etiā ὁμώνυμα, ste

πολλαχῶς λεγόμενα. Est etalia cura impropria, ut etiam aliquid addat ornatum, ne sit spinosus & horridus. Sed hæc cura dialectico non est necessaria, sed honoraria et laudabilis.

# DE INVENTIONE ET DE QVAESTIONVM GENERIBVS, & DE PARTI

Primum officium dialectici est inuenire, a græcis dicit εὑρεῖν, εὕρισκειν, ipsa inuentio dicitur εὕρησις inuentor εὑρητὴς. Inuentum εὕρημα, ars inueniendi dicitur εὑρετικὴ, uel alio nomine τοπικὴ pp τοὺς τόπους locos, ex quibus dialecticus debet inuenire, & ipsa inuen-

tio uersatur circa ꝺ̃s ꝺ̃nos locos
Aristoteles scripsit octo libros topicos, et Cic:
etiam scripsit locos topicos de inuẽtione.
Τοπικὴ est Via et ratio tradendorũ
et diuidendorum locorum, uel est
facultas inueniendorum argumen:
torum ex ipsis locis, et propter in:
uentionem dicitur εὑρετικὴ, propter
locos dicitur τοπικὴ. Dialecticus au:
tem debet inuenire ea, per quæ pro:
bet id, quod in quæstione est pposi:
tum, ut utrum sola fides iustificet
illa uocantur argumenta. Argumẽ
tum uero a Latinis dicit ab argue:
do .h. a conuincendo, a græcis dicit
πίσις, quia facit fidem, dicitur etiã
ἔλεγχος ἀπὸ ꝺ̃ ἐλέγχειν, q̃ꝺ scilicet
conuincere, arguere. Aristoteles uocat etiã
δεῖξιν demonstrationem, quia argẽs

aliquid demonstramus. Græci ora-
tores uocant argumenta ἐπιχειρή-
ματα hæc autem argumentis ac-
commodantur aduersa-
rium. Quid est argumentum?
Est inuentum idoneum ad faciendã
fidem, Inuentum est εὕρημα
est ipsum opus quod dialecticus
inuenit, est genus in hac defini-
tione. Idoneum ἐπιτήδειον, ab-
tum, accõmodatum, e differentia
Cicero ita definit, argument-ũ est
ratio, quæ rei dubiæ facit fidem
utrag definitio patemet.
Idoneum est differentia, Nam sunt
quædam inuenta, quæ non sunt
idonea. Argumenta autem sũt
inuenienda ex locis, Loci a græcis
dicuntur τόποι. Latini uocant etiã

indicies, titulos, notos argumentorũ
Locus est sedes et domicilium argutorũ
Hæc definitio facta est per meta-
phoram sumptam à re militari
familiari. Nam quemadmodum
bonus Oeconomus habent certas
cellulas capsulas in suo penu, ex
quibus deprompt necessaria ad vic:
tum: ita dialecticus habet certos
locos et titulos ex quibus argumenta
desumit deligit, ad rem propositã
probandam, vel improbandam:
Sed id quod ad disputandũ ppositũ
est Latini vocant quæstionem quia
de eo quæritur et propterea à gra-
cis dicit Πρόβλημα ἀπὸ τοῦ βάλλειν
quod significat quærere. Dicitur
etiam πρόβλημα problema ἀπὸ
τοῦ προβάλλεσθαι quod sit pjcere
ab oratoribus vocat̃ quæstiones

A philosophis uocatur ἔκθεσις
Dicit autem ꝓblema, quia ueteres
solebant in medium ꝓferre ꝓjice-
re, ut de eo disputaretur, quæreret
vt an deo magis sit obtemperandū
quam hominibus, Utrū iustitia
possit doceri. An homo sit natus ad
ridendum, An opera necessaria
sint ad iustificationem. An tres
sint partes pœnitentiæ, confessio
satisfactio et contritio

Quot sunt genera ꝓblematū?
Tria sunt, quædam dialectica quæ-
dam apothectica quæda nōmunia
Dialectiorū ꝓblemata sūt quatu-
or, omnis n quæstio apud dialecti-
uel est de genere uel de proprio, ut
de definitione uel de accidente. De
genere ut si quæro. An iustitia ꝑg
sit Virtus, An homo sit animal,

An Cæsus sit arbor, De proprio. Vt an homo sit risibilis, An iustitiæ sit proprium unicuiq; suum tribuere An proprium sit ignis natura sua sursum ferri. De definitione, ut An fortitudo sit uirtus puerilis ætate An lex sit doctrina præcipiens quæ facienda sint et uetans quæ sunt omittenda, An Euangelium sit potentia Dei ad salutem omni credenti. De accidente ut an ciuitem eē sit accidens hominis. An Eloquentia in Cicerone fuerit accidens. Arles in lib: 1. topicorū illa genera his uerbis tradit, πᾶν πρόβλημα ἢ γένος, ἢ ἴδιον, ἢ συμβεβηκὸς δηλοῖ, omne problema uel indicat genus, uel proprium, uel accidens Arles autem ponit tantum tria, et omisit definitionem, quia eam comprehendit sub proprio. Nam proprium

diuisit in ipsum proprium et in definitionem, et ita comprahendit definitionem sub proprio

Apodictica problemata sunt quatuor et tradita ab Arle lib: I- analytico: rum posteriorum. Nam uel quitur an sit, uel an illud taleue sit uel quid sit, uel quamobrem sit, ñ- est Arles dicit ñ ẽsi, ǒn ẽsi, q́ ẽsi et ǒiǒl ẽsi. An sit hæc e simpli: ciſsima quæstio et suscipit de ipso subiecto, ut cum quæro an sit pur: gatorium, an sit Deus. an sit paradi: sus, an sit chimera. Et hæc quæstio est trium temporum, præsentis, p: teriti et futuri. p̃sentis ut an iam sit dies, an iam sit pax aut bellum, præteritũ, ut an fuerit diluuium, an fuerit bellum Troianũ. An fue: runt ciclopes futurũ ut an futurũ sit extremũ iudiciũ, an futura sit mortu: resurrectio.

orum

An illud taleue sit, pertinet ad genus
et ad differentias, ut an iustitia sit
uirtus? An Deus sit imortalis,
An homo natus sit ad ridendum
An equus natus sit ad currendum,
An uirtus possit docori.
Quid sit, pertinet ad definitione
ut quid est Virtus quid Deus
quid Lex, quid Euangelium, q̃
pœnitentia, quid homo.
Quamobrem sit, pertinet ad causa
rei, ut quamobrem fiant eclipses,
quamobrem fiant terræ motus
quamobrem lex nõ possit nos iustificã
Tres illæ postremæ quæstiones sunt
compositæ, coniunctæ quæstiones,
ut in scholis uocantur.
Differunt autem hæ quæstiones a
dialecticis problematibus quia ho
rum officium est tractare rerum

cognitionem ἀπὸ ἐπιστήμης, sed dia-
lectica quæstiones solum sunt instru-
mentum, quo ad tradendas et dis-
cendas ipsas ἐπιστήμας uti-
mur, Quot sunt communia ꝓblemata?
Tria alia sunt logica, alia physica
alia Ethyca. Logica quæstio est q̃
a Latinis dicit̃ termocinalis, quæ
pertinet ad tres artes logicas, ad
Grammaticam. Dialecticam, Et
Rhetoricam, ut in ꝓtica si quæro
an masculinum genus sit dignius
femenino An omnia nomina in
a sint generis femenini
In dial: ut. An Contrariorum sit
eadem disciplina, an ex differen-
tijs possunt fieri propria, An syllo
affirmatiuus melior sit negatiuo
An tantũ sint tres figuræ syllorum
In Rhet: ut an tria sint genera earum
An in gre deliberatiuo quoq; sit narrãn

Quæstio physica est, in qua quæritur de rebus naturalibus, ut An mundus sit sempiternus, An terra sit centrũ mundi, An quatuor sint elementa Huc pertinent etiam quæstiones medicinæ, utrum quatuor sint humores in corpore humano

Quæstio ethica est quæ pertinet ad mores atq; ideo a Latinis moralis quæstio dicitur ut An Deo magis sit obtemperandum quam hominibus An uirtus sufficiat ad beatitudinẽ Huc pertinent quæstiones politicæ et Economicæ, item theologicæ, et iuridicæ quæstiones

Quot traduntur loci dialectici?

Varij traduntur ab ijs, qui de dialectica scripserunt, noster autor tradit uiginti nouem locos Ex quibus dialectico sunt desumenda argumenta Illos omnes diuidit in quatuor ge

Primū genus est perpetuorū locorū quorū semper aliquis est in propositionibus. Dicuntur autem perpetui, propterea quod semper aliquis eorum his in propositionibus continetur. Nam nulla est quaestio et propositio in qua non aut de genere, aut de proprio, aut de definitione aut accidente quaeratur, ideo sunt loci perpetui. — Tales loci sunt quatuor Genus proprium, Definitio accidens. Illi quatuor loci ita differunt, quod tres primi semper et necessario cum re cohaerent. Quartus vero locus e rerum fortuitarum, quae adesse ut abesse ab ipsa re possunt ut genus simper et necessario cum sua specie coniungeretur, non potest a specie separari, animal ab homine virtus ab iustitia, tam diu homo est tam diu est animal, sic aurum cum mi-

tallo, Sic proprium de sua specie
Homo est risibilis. Iustitia est unicuiq;
suum tribuens. Sic definitio cum
suo definito, Sed accidentia nō semp
nec necessario cohærent. Diuitiæ
sunt accidentia hominū, Curreret
accidens hominis, etiamsi nō curret,
tamen manebit animal

Quid uocas rem in hoc loco?
Rēs uocat id, cui aliquid attribuit
seu de quo aliquid dicit, uulgo uo-
catur ὑποκείμενον subiectum, et
habet semper naturam speciei in
oratione. In scholis uocantur præ-
dicabilia, uoces communes, et in scho-
lis sex enumerant prædicabilia
Genus, speciem, proprium definiti-
onem accidens, et differentia
Hoc genus a præcis dicit πρόλη-
ψιν λέξεων, quia continet quatuor
problemata dialectica.

Secundum genus locorū est decem
prædicamentorū, uidelicet Sub:
stantia Quantitas Qualitas Re:
latio, Actiō, Passio, Vbi, Quando,
Situs, Et Habitus, οὐσία ποσὸν
ποιὸν, πρός τι, πού, ποτέ, κεῖσθαι,
ἔχειν ποιεῖν πάσχειν.
A græcis prædicamenta uocantur
κατηγορίαι attributiones. Nam
prædicare est aliquid alicui mo:
ratione attribuere, Vt Socrates est
substantia hic ꝺba prædicatur de
Soc:l. attribuitur Socrati ita mag:
nitudo est quantitas Virtus est
qualitas Pater et filius suntrela:
tiua, Scribere est facere
Quomodo diuidunt prædicamenta?
Ex duas partes. Nam quædam p se
sunt, ut ꝺba et probterea a græcis
αὐτοτελῆ. i. per se subsistens
Quædam uero sunt accidentia, et

in ſba hærent, ut reliqua nouem ꝓpo-
ramenta, quæ non, niſi in ſba, poſſunt
conſiſtere et uocantur ἐλεγκτικὰ ſcla
Secundū hoc genus locorū ꝺocentiem-
tia à græcis ꝺicitur κοινὸν, propte-
rea quòꝺ eſt receptaculum omniū
locorum Omnes res quæcunqꝫ ſunt
in rerum natura, in his ꝺecem ꝓpo-
camentis latent et comprehenꝺuntur
Quotū tertium genus locorū?
Quoꝺ aꝺ tractanꝺum, illuſtranꝺum
et confirmanꝺum primum genus
locorum aꝺhibetur, et proptrea à
græcis ꝺicitur ἐξεταſτικὸν.
Hoc genus continet ꝺuoꝺecim locos
Totum, Partes. Notatio Coniugata
Caſus, Causæ, Effecta, Aꝺiuncta, Si-
milia Teſtimonia Contraria. Com-
parata. Iſti loci ſunt ꝺuplices uel
artificiales, uel inartificiales. Arti-
ficiales ꝺicuntur qui ex arte ipſius
ꝺialecticiꝫ efficiuntur, ut ſunt omnes

loci, excepto loco testimoniorum.
Inartificiales sunt, qui aliunde assumuntur non conficiuntur ex arte dialectici, ut sunt testimonia
Loci artificiales sunt duplices, vel sunt insiti, vel assumpti, Insiti sunt q̃ ex seipsis, et sua natura aliquid probant, ut sunt primi octo loci.
Assumpti sunt, qui non ex seipsis et sua natura, sed ex collatione aliorum aliquid probant, ut sunt tres postremi loci

Quod est quartum genus locorũ?
Quod per omnes superiores locos est fusum, et propterea dicendi gratia dicitur κοινὸν seu μικτὸν, commune, vel mixtum. Continet autem tres locos. Antecedentia Consequentia, et Repugnantia
Illud genus quibus modis consi-

derari. Nam uel in omnibus superioribus locis considerari potest quia in superioribus latet. Nam genus et species sunt antecedentia et consequentia sic species et proprium, definitio, et definitum sic causa et effectus. Et hac ratione hoc genus locorum diffusum est per omnes superiores locos. Uel potest seorsim considerari, in illis rebus, quae ad nullum alium locum superiorem possunt referri. Atq; ob hanc causam Aristoteles in topicis hos tres locos cum caeteris coniunxit, in analyticis uero seperatim de his egit

Quid in singulis locis notandum?

Quinq; Nomen loci, Definitio loci Diuisio loci, Coniugata, et Usus loci. Tractum autem ab Aristotele quatuor instrumenta quibus dialectico opus est dicit in disputando. Primum est,

Copia et delectus propositionũ, etut ipse dicit ἡ λήθης λῶν προλάβε: ων. Ut dialecticus in disputando magnam habeat copiam et abun: dantiam argumentorum. Non: n satis est dialecticũ habere unũ aut alterũ argumentum in disputa: tione sed oportet eum esse copiosum ut uno argumento refutato, statim habeat alterum.

Alterum est facultas explicandi uer: ba, quæ habent multiplicem potes: tatem. ἡ διαίρεσις λῶν πολλαχῶς λεγομένων, Nam sunt multa uo: cabula, quæ non unam tantum rem significant, sed plures res, ac propterea facile eũ, qui uim uoca: bulorum ignorat, decipiunt, et er: rare faciunt. Ideoq; oportet dia: lecticum posse illa uocabula distin: guere, A latinis uocan æquoca, am: bigua. ὁμόνυμα

Tertium est inuentio differentiarũ, etit
Arles dicit διαιρεσις seu εὕρεσις τῶν
διαφορῶν. Oportet dialecticũ non
solum uocabula, sed etiam res possedis-
tinguere, sunt n. multæ res, q̃ mag-
nam habent inter se cognationem
sed tamen non omnino sunt eædem
Harũ rerũ differentias dialecticus
debet inuenire.
Quartum est consideratio similium
et dissimilium uerbis, uel eorũ usi.
Dialecticus debet etiam inuenire pos-
se similitudinem earum rerũ, quæ
uidentur plurimũ inter se differre
Nam sicut res à rebus debet distin-
guere: ita prorsus res cum rebus de-
bet consociare. Arles hæc instru-
menta his uerbis indicat, et tradit
lib. 1 topicorum. Διὰ δὲ ὅρων ἐστὶν
φανερὸν διῶν ἐστὶν ἐπιχειρεῖν τῶν βοηθη-
μάτων ἕκαστον ἐστὶ τὸ τίς ἐν ᾧ τὸ τὰς

προλάβῃς λαβεῖν. δεύτερον δὲ τὸ πολλαχῶς ἕκαστον λέγειν δύνασθαι διαιρεῖν, τρίτον τὸ τὰς διαφορὰς εὑρεῖν. τέταρτον δὲ ἡ τούτοις ὁμοίως σκέψις. Ergo Dialecticus debet esse copiosus inuentor positionũ, et uerborum explicator et rerum diuisor, earundemq; cum opus est consociator,

## QVID GENVS, QD SPES QD DIF

Genus à græcis dicitur γένος, Hoc uocabulum significat hoc in loco generalem alicuius uocabuli appellationem scilicet, est quasi nomen appellatiuum, cõmune uocabulũ, quod sub se

multa uocabula comphendit. Est autem
Genus notio, quæ duabus aut pluribus
sui partibus communione quadã si-
milibus, specie uero differentibus at-
tribuit. Quid est notio?
Est inchoata et quasi consignata
nondum tamen perfecta rei alicuius cog-
nitio, à græcis uocatur ἔννοια uel πρό-
λη ψις hoc est. Notio est generalis
et imperfecta cognitio alicuius rei
quando quis primũ incipit aliquid
cognoscere; ita generaliter non per-
fecte ille dicit notionem habere
Partes generis sunt species & differ-
entiæ. Illæ res sunt similes genera-
li quadam natura. In scholis au-
tem genus ita definiunt. Genus e
uox prædicabilis, quæ de pluribus
specie differentibus prædicatur in
quid est. Arles ita definit. Γένος
ἐστὶ τὸ καθ' πλειόνων, καὶ διαφερόν-
των. τῷ εἴδει, ἐν τῷ τί ἐστι καὶ ποσότητ-
ητον

vt animal est genus, prædicat de pluribus speciē differentibus, et iō in quæstione quid est ut quid ē bos quid Asinus quid Leo quid est homo est animal

Species ā græcis dr εἶδος dic: uocat formam, et est nomē quæ generi subest una cum suis differentijs artes ita definit εἶδος ἐστὶ τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι καθηγορούμενον species est uocabulum cōmune quod de pluribus numero differentibus prædicatur in quid est Vel breuius Species est uocabulum quod sub genere comprahenditur, vt Asinus species est animalis, Dialectica species est artis, iustitia species Virtutis, Vagus species arboris

Numero differre dicunt ipsa individua, quorū unum quodq; proprium per se constituit numerum, vt Plato, Cu: Dicit ā græcis Individuum ἄτομον ἢ καθ' ἕκαστον et ē Vocabulum q singulare, q de una tm re dr. est ꝺ duplicia, alia nātiua, q cum rebꝰ pene nata uident ut ꝺ nōia ꝓpria: Alia uerò ꝺ artificialia τεχνικὰ, q definita notatione fiunt singularia, vt hic homo, illa pyrus. fagus Virgiliana. Troiani belli scriptor. l. Homerus.

Demosthenes, Soc: Daniel. Iacobus

Differentia a græcis dicit διαφορὰ
et est notio, qua una quæq; species
a cæteris distat vt Rationale, irra:
tionale Arles dicit διαφορὰ ἐστὶ τὸ
καθ' ὑπεροχὴν, καὶ διαφέρον τῷ
εἴδει, ἐν τῷ ὁποιόν τι ἐστι καθ' ὑπερ:
οχὴν. Differentia est nox quæ de
pluribus specie differentibus prædica:
tur in quale est ut Qualis homo est
est rationalis, Asinus est irrationalis

Officium differentiarũ quotduplex.

Duplex, primum constituere certã spe:
ciem, ut rationale constituit speciem
hominis, irrationale constituit speci:
em bestiæ, ut bouis, Asini, leonis.
Deinde ut instrumentum sit, p quod
ipsum genus diuiditur, vt animal
genus diuiditur per differentias p
rationale et irrationale græci ita
dicunt Λέγεται διαφορὰ τὸ ἐπιδιαφέρειν τὸ
εἶδος, καὶ χωριστὴν τὸν τόπον

Differentia autem non est numerata inter locos, quia sub genere comprehenditur, Nam genus apud Arlem duplex est, uel est reuera genus, quod Arles uocat ὡς ἀληθῶς Vere ut illud de quo hactenus dictum est, Vel ὡς quasi genus i. similitudinem habet generis, ab Arle uocati Veriκόν, et tales sunt ipsæ differentiæ

Quare differentiæ sunt quasi genera? Quia, quemad: genus prædicatur de pluribus speciebus: ita etiam differentiæ de multis speciebus prædicantur, vt animal genus est, dicitur de multis speciebus, ut de homine equo Leone asino cane, et cæteris omnibus quæ animam habent: ita etiam differentia irrationale dicitur de multis speciebus, ut bos est irrationalis, Canis leo, equus est irrationalis. Altera causa est, quia differentia cum specie coniungitur, de quo in sequenti capite,

Differunt autem genus et differentia
in ipsa quæstione. Nam cū quæritur
quid sit res quæstio est de genere, et
ad eiusmodi quæstionem adferen-
dum est genus. Cum quæritur qua-
lis sit res quæstio de genere nō est
sed de differentia, et ad eiusmodi
quæstionem differentia est adferē-
da. Quid sit, ut Homo est animal
Febris est morbus. Blantago est
herba, Rosa est flos, Pyrum est fruc-
tus. Qualis, ut Homo est rationalis
mortalis, Hoc Bos est irrationalis
Deinde differunt etiam natura
Genus latius patet, et de pluribus
speciebus dicitur, quam differentia
Animal non solum de homine, sed
etiam de equo, Cane, Leone dicitur
Rationale dicitur solum de homine
non de Cane, non de equo
In quo conueniunt genus & differentia?

In prædicatione. Nam utrumq; prædicatur de specie differentibus
Genus et species conueniunt in q̃stione. Nam in utroq; quæritur quid sit res, sed differunt prædicatione. Genus prædicatur de specie differentibus, species prædicat de nũero differentibus, Hæc est communis generis et speciei.

## Quotuplex est genus

Duplex aliud est summũ aliud intermedium. Summũ genus est, quod species esse nunq; potest, sed cæteris omnibus generibus in oratione attribuit, a græcis uocat ἀνώλογον. Per collocationem. Nam in ordine rerũ supremũ locũ occupat
Dicit etiam Verixólogon genera lissimũ, propter eius naturam, quoniam latissime patet. Summa autem genera sunt decem p̃dicamenta.

Genus intermedium est, quod sub su-
mo genere positum et genus or spe-
cies esse potest in oratione. Potest
esse genus, quando in oratione est
praedicatum, ut homo est animal
ibi animal est genus, dicitur de ho-
mine, Iustitia est Virtus, Virtus e
genus dicitur de iustitia. Potest
esse species, quando in oratione oc-
cupat locum subiecti i. quando ali-
ud de ipsa in oratione dicit, ut ani-
mal est corpus, Virtus est habitus
Hic animal et Virtus, quae anteà
fuerunt genera, iam species sunt
propterea quod subiecti locu occupát
Nam omne subiectum in oratione
habet locum speciei, et à cracis ἐπ
ἐσχάτων, quia sub summo gene-
re positum est. Summa auto gene-
ra sunt ea, quae sub summo genere
et inter unam speciem comprehendu

Sed sunt quædam supra illa summa genera, per quæ ipsa summa genera possunt explicari, quæ in scholis vocantur transcendentia, et antepredicamenta τὰ πρῶτα καθόλου, propterea quod transcendunt ultra decem prædicamenta. Arles vocat τὰ πάθη ἑπόμενα omnium rerum consequentia, propterea quod possunt ad omnes res consequi in oratione. Græci vocant ὑπερβατικὰ i. transcendentia. In scholis autem enumerantur quinq; Res, Ens, unum, bonum aliquid. Facta sunt propter vocábulum Rebus. Illa attribuunt ἐπωνύμως. Arles quo nominat τὸ ὄν et τὸ ἕν. Ens et unum. Illa autem non sunt vera genera, ac propterea non sumenda sunt in

definitione, quia suis rebus de quibꝫ dicunt, solum nomen cōmunicant sed definitione & naturā suā non possunt cōmunicare, atq; ideo non admittunt in definitione. Illa autem quæ suis rebus solum nomen cōmunicant uocant a dialecticis ὁμώνυμα, æquiuoca, uel ambigua. Homonyma autem sunt, quæ nomen quidem aliquod cōmune habent, uerumtamen atq; definitione eiusdem nominis sunt dissimilia, ut homo uiuus, et homo pictus. Alia e definitio hominis picti, alia definitio uiui, ut Taurus significat animal quatrupes, montem Asiæ, et sydus cœleste, et philosophum. Synonima autem sunt, quæ et nomen & nominis definitionem cōmunem habent, a Latinis uocant Uniuoca, ut iustitia, et fortitudo habent idem nomen, utrumq; dicitur ēe uirtꝫ

Habent quoq; eandem definitionem nominis. Nam definitio uirtutis potest etiam attribui iustitiæ et fortitudini. Virtus est habitus bonæ animi naturæ moderationi consentaneus. Hæc definitio dicit etiã de iustitia et fortitudine, sic homo et animal, Homo est substantia corporea animata sentiens mortalis, Et hæc sunt uera genera.

Ὁμώνυμα, vt Artes describit, λέξεις, ὧν τὸ ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τὸνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος.

Συνώνυμα λέξεις, ὧν καὶ τὸ ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ κατὰ τὸνομα λόγος τῆς οὐσίας αὐτὸς

Regulæ unius cuiusq; loci ab Arte no-
cantur στοιχεῖα i. elementa, abalijs no-
tæ, Canones In scholis dialecticorũ
hodie uocanth propositiones maxime,
apũd mathematicos uocanth ἀξιώματα
et ὑπόθεσεις. Quid sunt στοιχεῖα?
Sunt regulæ quæ ostendunt uniuscu-
iusq; loci náturam et usum. Et huius
loci generis στοιχεῖα sunt triplicia, iux-
ta diuisionem loci, quem ad: n. geng
aliud est summũ, aliud intermedium
ita etiã στοιχεῖα huius loci, quædam
pertinent ad summum genus, quæda
ad intermedium, quædam ad utrumq;
Pro summo genere ponuntur quo. i.
Summo genere nihil latius patet, et ad:
iungi potest omnibus rebus, quibus
adiunguntur ea, quæ suo ambitu
comprahendit h. Summum genus la-
tissime patet, et omnibus ijs attribuith
quæ sub eo sunt posita siue sint ge
intermedia, siue species, siue individua,

vt substantia dicit de corpore, de animali de homine. de Socrate. Daniele
Nam Soc: est ſba, animal est substa
Qualitas ē summum genus dicit de
habitu, de uirtute, de iustitia et de
Socratis iustitia, seu Danielis
Alterū sorites ex hoc sequit, summū genus nunquam, nisi inuersonaturè ordine, et imperfectè per aliud
potest explicari. h. Summum genus
in oratione nunquam potest esse subiectum, semper occupat locū ꝓdicati
Nam non possum dicere substantia
animal, Substantia est homo, sed
oportet dicere animal est substantia
Homo est substantia. Sed exurgit
hic præcatio naturalium contra naturam et particularis.
Nam tum etiam potest summum
genus esse subiectum in oratione,
vt si dico quædam substantia e corpg
Quædam substantia est animal,
Quædam substantia est homo
Quædam substantia est Socrates

Sed eiusmodi prædicatio dicit im-
perfecta, et non fit secundū natu-
ræ ordinem, atq; ideo non potest ee
uniuersalis. Non-n· ualet omnis
substantia est corpus, uel ꝺa uel
Soc: uel homo. Sortes medij
generis Vnū est. De quibus cunq;
rebus medium genus dicit, illæ uel
sunt eius speciei, uel superioris dif-
ferentia, et ipsū medium genus ali-
quando potest esse species in oratioe
vt corpus e genus intermediū, dr
de animali tanq; de specie sua dr
etiam de corporeo tanq; de differen-
tia superioris s substantiæ. Ita ani-
mal e genus intermediū dicit de ho-
mine, tanquā de sua specie, dicit
etiam de animato, tanquam de diffe-
rentia superioris s corporis
Sortes ꝺ utriusq; terminis generis
sunt nouem, et illa sunt triplicia.
quædam ostendunt naturā generis
et dicuntur dialectica, quia proprie

pertinent ad huius loci ēxplicationē
Quædam ostendunt usum huius lō-
ci in argumentando. h. quomodō ā
genere sit argumentandū, et dicūt
Syllogistica. Quædam pertinent
ad conficiendas definitiones h. osten-
dunt, qualia genera in definitione
sint accipienda et dicuntur ōpisika
Σοιχεῖον dialecticū quibus ostendit
huius loci natura est unum
Latius et plures partes fusum est
genus quam species h. omne genus
siue summū, siue intermedium
naturam habet latiorem et cōmū-
niorem, quam species, ut substātia
latius patet, quam corpus, corpus
latius patet quam animal, Animal
latius patet quā homo. Virtus latiꝰ
patet, quam iustitia, quia sub virtu-
te non solū iustitia, sed et temperātia
fortitudo, prudentia et aliæ virtu-
tes comprehendūtur. Substantia igit

latius patet, quam corpus, quia substia non solũ corporeis, sed & incorporeis attribuih. Corpus latius patet quã aũ, quia aũ uel est animatum uel inanimatum. Animal latius patet quam homo, quia animal non solũ rationalibus, sed et irrationalibus attribuih. Sic qualitas latius patet quam habitus, quia non solum comprehendit sub se habitus: sed etiã formas et figuras. Habitus latius patet quam uirtus quia habitus alig est intellectualis, álius uoluntarius Virtus latius patet, quã iustitia qá plures sub se comprahendit species

Quot sunt syllogistica?

Tria, primũ, et præcipuum est Quæcunq; de genere affirmantur aut negantur, ea etiam de specie affirmari aut negari possunt. Vt quicquid de uirtute dicitur, de genere intra de iustitia dicih, de specie, quicquid de

animali ꝺicitur, etiam ꝺicitur ꝺe homine, ꝺe animali ꝺicit quoꝺ ſit corpus quoꝺ ſenſu ſit prꝺictum: iꝺem etiam ꝺicit ꝺe homine, Ergo Homo eſt corpus, et eſt ſenſu prꝺitm Virtus poteſt ꝺoceri, et neceſſaria eſt in uita humana ꝯ etiam ꝺe iuſtitia ꝺicit, quoꝺ poſſit ꝺoceri, quoꝺ neceſſaria ſit in uita humana

Alterū ſoiχ ꝺor. quicquiꝺ ꝺe parte, aut ꝺe ſpecie, et non ꝺe omnibus ꝺicit: iſt non eſt uerum genus rei iꝺeſt, genus ꝺebet omnibus ſuis ſpēciebus poſſe attribui, non tantum uni, et alicui ſpeciei, ſeꝺ omnibus. Vt philoſophum eſſe eſt genus hominis, falſum eſt, quia illuꝺ genus non ꝺe omnibus ſpeciebus h. hominibus ꝺicitur: ita equi & ēferoci: tas, non eſt genus equi nō ꝺe omnibus equis ꝺicit ſeꝺ ꝺe aliquibus.

Tertiũ soixeion est Omnibus quoq; genus adiungit, cum quibuslibet species coniungit. i. de quibuscunq; dicit species, de illis etiã dicit genus Vt homo species illa dicit de singulis quibusq; de Soc: de Platone eo quoq; de ijsdem dicitur ipsũ genus animal Nam si Soc: est homo, est etiã animal Si cerberus est canis, est etiã animal Si pegasus equus est etiam animal.

Quot sunt soixeia opositiua?

Quinq; .i. ex eadem praedicatione eademq; diuisione genus et sumitur .h. genus et species debent esse in eodem praedicamento, ut animal non genus iustitiae, quia iustitia est in qualitate animal in substantia Numerus non est genus animae, numerus est in quantitate Anima in substantia. Pater non est genus Socratis, quia Soc: pater est in relatione Alterũ soixeion. Plura quã unum proximũ, et eodem spatio distans, rei

genus collocare uitiosum est. In definitionibus unū tantum genus sumendum est, et illud proximum. Proximum autem genus dicit, quod prope ipsam speciem in ordine naturae collocatum. Cicero dicit proximū genus est, quod remotioris antecedens, Remotum genus e, quod uicinioris est consequens. Vt animal est genus hominis. Virtus proximū genus iustitiae. Ergo si dico homo est corpus, genus illud non e bonū quia est nimis remotum.

Tertium soiχειον e Omnia genera quid sit res non autem qualis sit debent explicare. quid sit ei rei naturam essentiam et substantiam

Quartū soiχειον. Vitiosū est in definitione, aut differentiā aut accidēs aut proprium pro genere collocare quia illa solum explicant quahis sit


(3) 23
Locatia
Chronica sanct
ffurt 1622 f
Ej. Annalium
vrsjorum libri
VII
eipf. 1710. f
942
48
31a

M
942.
15

res, non autem quid sit. ut orationem
esse non est genus hominis sed accidens, sic rationem praeditum esse non est
genus, sed differentia. Risibile esse
non est genus hominis, sed proprium
quintum soi Xeiov. Genera debent illis, quae explicant non solum nomen
sed etiam definitionem et naturam
suam communicare. hinc in scholis loquuntur, genus debet univoce de sua
specie praedicari, ut Virtus est vere
genus iustitiae, quia non solum nomen
suum iustitiae communicat, sed etiam
suam definitionem. Nam definitio
virtutis potest etiam convenire iustitiae, sicut virtus est habitus boni
naturae consentiens: ita etiam iustitia
est habitus animi bonus naturae consentiens: ita fortitudo temperantia
prudentia et caeterae species virtutum
In scholis vocantur regulae consequentiarum, Usus huius loci quot duplex?

Triplex. sicuti etiam scientia fuerunt triplicia, alius n. est dialecticus alius ὁρισικὸς, alius σοφιστικὸς
Dialecticus est, quando de his ipsis præceptis, et regulis, ac de natura generis quæritur, ut si disputetur utrũ genus latius pateat, quæ differentia utrũ genus intermedium possit ee species. utrũ nihil sit supra summa genera, utrũ genus semper explicet quid sit res, et dicitur ὁρικὸς, quia ad hanc artem proprie pertinet. ὁρισικὸς
Usus Horisticus est, quando quæritur de genere alicuo in definitione. Vt si quærat, an uirtus sit uerum genus iustitiæ, an animæ genus sit entelechia. Anars sit genus dialecticæ. σοφιστικὸς
Usus syllogisticus e, qui positus est in argumentando, quando uidelicet

per genus fit probatio, et iste ꝯ quos lex
argumentamur n ā genere ad spe:
ciem affirmando, et negando. Affir
Omnis morbus est præter naturā
Febris est morbus. Ergo
Febris est præter naturam
Omnis ars opus habet exercitatione
Dialectica est ars. Ergo
Dialectica opus habet exercitatione
Omne animal amat sui conseruationē
Homo est animal. Ergo
Homo amat sui conseruationem
Omnis societas boni alcuiꝰ grauā ꝯstituit
Ciuitas est societas. Ergo
Ciuitas boni alicuiꝰ grauā ꝯstituit.
Neg: Nullū scelus manet diu inultum
Adulterium ē scelus Ergo
Adulteriū nō manet diu inultum
Nulla ars sine doctore comparat
Dialectica est Ars. Ergo
Dialectica sine doctore non ꝯparatur.

Nullū elementū est compositum
Terra est elementum. Ergo
Terra non est composita.

Sed a specie ad genus argumentamur tantū affirmatiue et est regula, posita specie, ponit genus vt si homo est, est etiam animal, Si iustitia habet. habet uirtutem. Si dialectica dicit: cit, gō artem dicit. Sed a specie ad genus negando simpliciter non uadet in arguendo vt non sequit iste non est homo, gō non est animal. Non tenet dialectica. ergo nulla tenet artem. Non habet iustitiam, Ergo nullam habet uirtutem.

## DE DIFFERETIA ET PROPRIO. CAP.: IIII.

In hoc capite agitur de secundo loco primi generis locorum nempe de proprio, et eum eo coniungit differeti

sed antequã ad ẽxplicationem illius
loci accedat, prius ostendit, in quibꝰ
isti duo loci conueniant et in quibus
differant. Nam isti duo loci coniun-
guntur, propterea, quod magnam
habent inter se similitudinem.
Differentia autem et proprium in tri-
bus conueniunt, primũ. Quia utrũq
generi coniungitur in definiendo.
Deinde conuenium in praedicatione
utrumq praedicat in quale est, vt
homo est mortalis homo ẽ risibilis
Tertio quia ex differentijs possũt fie-
ri propria, et ex propriis differentiae
ita duobus modis pr: comparatione
seu connexione) quando plures diffe-
rentiae coniunguntur ut homo est
animal rationale mortale, ita duae
differentiae coniunctae ponuntur lo-
co proprij. Deinde notatione rei:)
certa circumscriptione rei, quantoui:

ꝺelicet aꝺꝺitur ſignum quantitatis
vt quoꝺꝺam rationale eſt homo.
Veinꝺe ꝺifferunt etiam tribus modis
I. proprium eſt unius ſoli ſpeciei ꝫ
ꝺe una ſolū ſpecie ꝺꝛ, vt riſibile ꝺꝛ
ꝺe ſolo homine, hinnibile ꝺe ſolo e:
quo. Vnicuiq; ſuū tribuere ꝺe ſola
iuſtitia. Differentia uero e pluriū
ſpecieꝝ ū vt mortale eſſe, non ſolum
ꝺe homine, ſeꝺ et ꝺe equo boue leone
et cæteris alijs ſpeciebus ꝺicitur
II. proprium cū ſua ſpecie in oratione
et antecoꝺere et conſequi poteſt ꝫ potest
cū ſua ſpecie conuerti, et ut Arles
ꝺicit, ἐν λόγῳ ὑποκεῖσθαι καὶ κατα:
σκεύ ꝺꝛ. Differentia uero ſolum
ſpeciem ſuā ſequitur, ſ. ꝺe ſpecie ſolū
ꝑꝛeꝺicatur non poteſt conuerti cum
ſua ſpecie, vt homo eſt, ẽo eſt riſibi:
lis. Riſibilis eſt Ergo eſt homo,
Mugit ergo eſt, bos Et bos e ergo mugit
Iuſtitia habet ẽo vnicuiq; ſuū tribuit

Et unicuiq; suum tribuit, ꝙ ht iustitia
In differentia non ita homo ē ꝙ est
mortalis, et non mortalis ē, ꝙ ē homo
Nam differentiæ generaliorem habet
naturam, sicuti etiã genus non potest
cum sua specie conuerti, Et ideo
Arles hoc fecit discrimen inter omnia
tria, genus, proprium et differentia
quod genera habeant cõmunem
naturam multis speciebus. Differentia peculiarem paucioribus speciebus, Propria singularem naturam unius speciei ꝯ hoc est.
Genus dicitur de plurimis speciebus
Differentia de paucioribus speciebus
Propria de una solum specie.
Itaq; græci genera ὅλα ἐπὶ πολλῶν τὰ γὰρ explicant quid sit res. Propria uero ἴδια ἐπὶ ὀλίγων in his inhærentia, ee dicunt III. Tertium discrimen ē Scholasticum - Nempe quod differentia sit pars rei, et necessaria ad con-

stituendam rei naturam, ut Ratio pars est hominis, et hominem quasi constituit. Propria uero significant solum rei aptitudinem quandam, et ut græci dicunt ἐπιδεκτικὸν ut risibile scat aptitudinẽ illam in homine, sed non est pars hominis Sed hoc discrimen non semp uerũ e in omnibus differentijs Nam mortale esse, est etiam differentia animalis, et tamen non est pars animalis, neq; constituit animal. imo ipsũ destruit, et corrumpit

Voluntarij sunt duplices uel boni uel mali: boni ut Virtutes quarū quatuor sunt præcipua iustitia temperantia, prudentia, fortitudo, et aliæ uirtutes ut modestia, Veritas, dilectio timor Dei pietas, Religio, liberalitas, patientia, Clementia. Mali. Ut sunt uitia, superbia auaritia audacia luxuria iracundia ambitio, intemperantia et reliquaviti
Habitus corporis sunt, qui in

corpore consistunt ut sanitas pfecta,
morbus inueteratus ἕξις τοῦ κακοῦ robur
robur corporis, Velocitas agilitas
apta currendi, saltandi, discadiandi,
natandi, equitandi, aut cursus ma-
nuarius, apta laborum, textorum
Διάθεσις in scholis dicit dispositio
quod uocabulum in hac re non usq;
adeo proprie accipitur, propterea
quod dispositio ordinem sect. Διά-
θεσις uero est uocabulum naturae
igitur affectio latine potest dici
quam ex ea addicimur aliquo mo-
do affecti. Et Διάθεσις e animi
et corporis ad rem aliquam comu-
tatio q. d. e qualitas q in animo uel
in corpore iam primu inchoata est
et imperfecta, ac propterea facile po-
test rursus auelli ab eo subiecto in
quo inest. Vel Uno uerbo Affectio
est inchoatus et imperfecto habitus
Affectio autem duplex est, ut animi
uel corporis affectiones eandem

habent diuisionem, quam ipsi ha
bitus affectiones animi vt Artes
et disciplinæ primũ inchoatæ no
dum perfectæ, uirtutes nondũ pfec
Corporis ut sanitas imperfecta, mor
bus recens et non diuturnus, mo
dica exercitatio saltandi, natand
diglatiandi, equitandi. In sum
Imperfecti habitus sunt affectione
Sed notandũ habitus et affectiõe
esse solum verum animatarum
et præcipue hominũ, quia exerci
tatione comparantur. Habitus
comparantur exercitatione et lon
go usu, non sunt inan nobis habi
Differunt autem habitus et affec
duobus modis, tempore & pfectio
Tempore quia habitus sunt diutu
ni temporis. ⁊ diutius fuerunt
subiecto. Affectiones uero sunt
recentes, et primũ inchoatæ
Perfectione, quia habitus perfecti
sunt et constantes. Affectiones sũt

imperfectæ, et inconstantes propterea
Aristo dicit habitus esse πολυχρονίους diuturni temporis, et δυσκινήτους difficulter mobiles, quia non possunt facile aufferri, mutari à re in qua insunt: Affectiones uero εὐκινήτους facile mobiles, et εὐμεταβλήτους facile mutabiles et ὀλιγοχρονίους pauci et exigui temporis, quia non diu fuerunt in subiecto, et propterea facile possunt ab eo demauferri, aut mutari, vt Eloquentia in Cic: adolescente, facile poterit aufferri sed eadem eloquentia à Ciceroneiam sene non facile poterit aufferri
Secundum eos qualitatis ἕξις καὶ δύναμις καὶ ἀδυναμία naturalis potentia et impotentia
ἕξις καὶ δύναμις est natura ad rem aliquam non præsentem propensio
2. ἕξις qualitas qua res aliqua naturaliter aptà est ad ad agendum
In scholis dicunt, est inclinatio, ἕξις

sio, et aptitudo ad aliquid agendū
ut in homine naturalis & ulset po
tentia, facultas et aptitudo discen
di literas, loquendi, videndi, num
randi. In equo naturalis & aptitu
do, ad currendū, ad portandum
Adunamia est naturæ alienatio
a re aliqua, & qualitas qua res
aliqua ineptam & ad ad agendū
aut consequendum, ut in equo &
naturalis impotentia, ul ut dicu
inhabilitas; discendi literas
Adunamia quo scat, ut scat idem
quod τὸ ἀδύνατον impossibilitatē
ut in equo & impossibilitas discen
literas, uel scat idem quod τὸ
χαλεπὸν difficultatem ut in
homine stupido est naturalis im
potentia aut difficultas discendi
artes.
Cohixa autem dūa
mis et ἀδυναμία uel sunt rerū
animatarū, uel inanimatarum

Animatarũ, ut facultas uidendi, sentiendi, audiendi, appetendi, mouendi, intelligendi, In piscibus e naturalis uis diuendi sub aqua, in auibꝰ naturalis est uis uolandi sic in partibus corporis, Cerebri naturalis uis est gignendi spiritus, in neruis est uis sentiendi. Inanimatarum ut in magnete naturalis uis e attrahendi ferrũ, in niue uis e refrigerãdi, et huc ptinent omnes uires herbarũ, aromatũ, etiã est uel rerũ animatarũ, uel inanimatarum, animat: ut In homine naturalis impotẽtia est uolandi, uiuendi sub aquis In equo naturalis impotentia discendi literas, Inanimatarũ ut In lapide naturalis impotentia est, ut facile possit confringi, In olea naturalis impotentia e ut possit inseri in quercũ, In niue naturalis impotentia est caloris,

Habitus et affectiones differunt ai
hac specie duobus modis I. Quia
habitus et affectiones solũ sunt
rerum animatarum. Hæc uero
non solũ animatarũ sed et inanim
II Habitus et affectiones cõside-
rant ἐν ἐνεργείᾳ in actu, Hæc
uero species solum consideratur
δυνάμει facultate

Quomodo differunt illa quat.
Habitus diu fuit in actu.
Affectio recens peruenit in actũ
Qubixũ δυνάμει nondũ peruenit
in actum, sed potest peruenire
δυνάμει uel nunq potest in actum peruenire uel difficulter
Ex his quatuor Qubixũ δυνάμει
deberet primo loco poni, post illũ
habitus: tertio affectio, tanq fi-
nis ut Cic: infans naturalem ha-
bet impotentiam ad eloquentiã
idem Cic: quindecim annorum,
cũ disceret præcepta affectionem

habuit ad eloquentiam, idem Cic:
senex consecutus est habitū elogn:
tiæ, asinus uero nunq; potest puer:
nire ad illum habitum, homo pu:
blicus difficulter potest.

Tertia species ἐν παθητικῇ ποιότης
καὶ πάθος passibilis qualitas et passio
et ea qualitas, q̄ uel ipsa afficit sen:
sus animumq; animantium, uel ab
effectu est orta. Sed notandū τὸ
παθητικὸν non accipi passiue in hoc
loco sed actiuè, significatiq; quod
afficit animum, aut sensus, quod
facit passionem, et alibi uocant qua:
litatem afficientem.

Quotuplex ἡ παθητικὴ ποιότης?

Duplex uel afficit animū uel sensq.
d. uel est corporis uel est animi.

Animu afficiunt læta, tristia hones:
ta, turpia, uera falsa, probabilia
necessaria, ut læta oratio afficit
tuum animum, tristis uero tuum
animum facit tristem.

Sensus afficiunt sensuū obiecta,

Sunt autem quinq; sensus, Visus, olfactus, auditus, Gustus, tactus,
obiecta uisus sunt colores, q̃ cerni tangiq; possunt, ut color albus,
niger, Ceruleus cinericeus
Subiectum auditus sunt soni, ut uox humana, mugitus bouis latratus canis, fragor strepitus,
creatus, Clamor, ululatus murmur, Obiectum olfactus sunt
odores odor suauis fragrans,
~~fœditus~~, grauiolens
Obiectum gustus sunt sapores
sapor dulcis amarus, aterbus,
salsus, austerus, acitus,
Obiectum tactus sunt qualitates
quæ dicunt tactiles, ut caliditas
frigiditas humiditas, Siccitas
huc pertinent qualitates secũda
ut densum, rarũ, graue, leue,
altera species est earũ rerum et
qualitatum quæ ab effectu sũt orti
et sunt duplices, uel sũt in anim

uel in corpore, in animo, ut insania
ex tristitia, spes ex fiducia, In
corpore ut pallor ex longo morbo
rigredo ex adustione solis, albe-
do ex frigore, cicatrix ex uulnere

## Quid est πάθος

Est subitus animi aut corporis mo-
tus, animi ut subitanea lætitia
spes, tristitia metus Corporis ut
pallor ex metu, rubedo ex uere-
cundia, horror ex timore, calor
ex ira, sed nos intelligimus tantũ
subitaneos et repentinos motus, q
cito fiunt, et cito pereunt Nam si
sunt diuturni, non pertinent ad
πάθος, sed sunt passibilis quali-
tatis, ut subitanea lætitia aut tris-
titia sunt πάθοι, sed longa tristi-
tia, longa lætitia sunt παθήματα
ποιότητες. Vocant à Latinis, per-
turbationes ægritudines
Differunt autem παθήματα ποιότης
καὶ πάθος, quemadmodum habitus

et affectio. Nam παθητικὴ ποιότης
diuturnior est et permanens, etab
ea dicimur quales, ut pp pallorem
ex longo morbo contracto dicimur
palliδi, pp nigredinem nigri, pp
frequentes metus, meticulosi pp
perpetuam tristitiam, tristes, pp
frequentem iram, iracundi
πάθος uero est solũ subitaneus
motus neq; permanens aut diu-
turnus, & pp talem motũ et per-
turbationem, non dicimur proprie
quales, ut pp subitum pallorem
qui ex metu orit non dicimur
palliδi, pp subitaneã irã iracũδi
Et propterea hi motus ppriepti-
nent ad ppdicamentũ passionis
ponunt tamen hic quia ex hisce
iteratis moribus potest fieri
παθητικὴ ποιότης

Quid est σχῆμα καὶ μορφὴ
Figura est linearis expressio, que
uel termino uel terminis gelugih

tero, ut Circulus figura circuli teris
ut reliquæ figúræ triangulí qua:
drati semicirculi, cubi et cęterę
fig: mathematicorum. Hucpti:
nent omnes fig: mathematicorũ
et aliarũ etiã rerũ inanimatarũ
animo simulachra comphenđi
forma est concinna, et elegans
partium inter se compositiõ, et
est duplex uel naturalis uel ar:
tificiosa. Naturalis rursus du:
plex ut est rerũ animatarũ alia ani
matarum, animat: ut forma hõis
leonis, equi, et omniũ animaliũ
formæ. Inanimat: ut forma cęli
stellarum, syderũ elementorum
herbarũ arborũ frúctuũ lapidum
et aliarúm rerũ q anima carent
Artificiosa ẽ qúæ arte & industria ho:
minũ rebus affingih, apponih, ut
formá ædificij, cathedræ libri cladij
forma alcuius urbis Curiæ, uaęi forma

suppellectiliũ forma instruentorũ securis, armárum forma. Differunt figura et forma. I. figura est solũ earũ rerũ, q animo et mente cõphendunt q a graecis dr vocãt forma uero e rerũ, q sub sensum cadunt et dicunt ἀιδη loci II figura est solũ rerum animatarũ forma nõ solũ aũatarũ sed, et inanimatarum. Propter formam dicunt formosi. Propter figuram dicunt figurati.

Quod est σχεσις loci?

Secundũ qualitatẽ quales cẽ dicimur ut secundũ qualitatẽ q dr simile aut dissimile: ita secundũ quantitatem aliquid dicitur æquale, aut inæquale, propter prudentiam prudentes, propter musicam, musici.

Vsus huius loci quis est?

Vsus communis est omniũ prædicamentorum, suppeditat enim genera et differentias.

# DE RELATIVIS QVÆ VOCANTVR TÀ ΠΡΌΣ TI ; CAPVT XI ;

Cta septem prædicamenta q̃ sequũtur sunt earũ rerũ, q̃ circumstant alias quæ uocant περὶ ἄλλο ἐστι q̃ aliũ: ad quæ accedunt ipsis substantijs

× his septem recte primũ locũ occupat Relatio quoniam reliqua sex dic: commode possunt sub relatiuis comprehendi. Nam in illis sex est nullus quidem respectus ut in loco tempore situ habitu e mutuo respectu. commode autem omnia post superiora prædic: quia relatiua sunt habẽt fundamentum in illis tribus prædic: et oriunt relatiua ex tribus præsentibus, ut pater et filius ex substantia, multum parum ex quantitate, doctus indoctus ex qualitate

Relatiua uocantur τὰ πρός τι ad aliquid dicunt etiã relata. item Relationes item ad aliquid affecta. Cui: uocat comparata, quia posita sunt in comparatione

vt si uolumus discrimen ostendere
inter Soc: et Platonem: id facimus
comparatione. Socratem sui se pcep:
torem, Platonem uero discipulum
Sunt autem Relatiua q simul pci:
piunh & sese mutuo exponunt vt
non possumus patrem nominare
quin statim intelligamus filium,
et non possumus scire quid sit pa:
ter, nisi sciamus quid sit filius
Sic dominus et seruus. pceptor dis:
pulus, Quot sunt partes in Relat:
Duæ τὸ πρός τι & τὸ ἀντιστρέφων
Relatiuū et correlatiuum
τὸ πρός τι ē illud quod ad ex:pli
candum est propositum uel de quo
ē quæstio, ut si quæro quid sit pa:
ter, aut filius præceptor discipu:
dominus aut seruus In definitio
ne τὸ ὁριζόμενον definitū, in qsti
one dicit subiectum.
τὸ ἀντιστρέφων est illud quod ad ex:
plicandū relatiuum affertur ut
pater est, qui habet filium, Do:

minus est, qui habet seruum, præceptore, qui habet discipulũ
In his relationibus, pater, dominꝰ præceptor sunt relatiua, filius uero seruus discipulus sunt correlatiua quia ad inuicem ad explicandum relatiuum. Nam filius explicat quis sit pater seruus quis dominus discipulus explicat quis sit præceptor ἀνθρέσσον ἐστὶ duplex uel est ὀνομαζόμενον uocabulo certo expressum, Vel est ἀνώνυμον nomen certo uocabulo expressum, scatum ὀνομαζόμενον est quod uocabulo certo est expressum. Ἀνώνυμον quod caret certo uocabulo et nomine vt gloria scientia gubernaculum.

Quæ causa quod quædam relatiua sunt ἀνώνυμα?
Quia plures sunt res quã uerũ uocabula. In scholis hanc faciunt diuisionem relatiua quædam sunt secundũ ee quædam sunt secundum dici sed omittamus hanc diuisionem, quia

non sunt huius loci. Explicantur autem Relatiua duobus modis uel κατ' ὁμωνυμίαν, uel κατ' ἑτερωνυμίαν, Explicatio κατ' ὁμωνυμίαν est, quando per idem nomen fit explicatio, Vt amicus est amico amicus simile est simili simile frater est fratri fratri, comilitio est comilitonis comilitio Sororē sororis soror, Socius ē socij socius. Explicatio κατ' ἑτερωνυμίαν quando per diuersū nomen fit explicatio, ut pator est filij pator, Rex est subditorum Rex.

Huius explicationis sunt septem modi. Primus modus est, qui fit per comparationem. quando altera pars in relatione significat excellentiam, et altera defectum. 1. quando altera pars alterā superat ratione quantitatis vt, multum parum maiꝰ minus ꝯ κατὰ multū est quod superat parum, et parū est quod superatur a multo. Altum

est, quod superat humile & humile
quod superatur ab alto
Secundus modus est, quando altera
pars in relatione imperat, altera
obedit, ut Rex et populus qui re-
gitur, Discipulus est qui est sub dis-
ciplina magistri. Dux qui man-
data dat militi, Miles qui obte-
perat duci, ita Dominus et seruus
Tertius modus est cum altera pars
iudicat, altera iudicatur, ut sen-
sus et id quod sentitur sensus iudi-
cat de re, quae sentitur et res q sen-
titur a sensu iudicat. Visus iu-
dicat de colore, Color iudicatur a
visu, Gustus iudicat de sapore, sa-
por iudicatur a gustu.
Quartus modus e qui positus e in cō-
secutione, uel in quo altera pars al-
terius est particeps ut sciens scien-
tiae est particeps; Artifex e, qui par-
ticeps est alq artis, Musicus est,
qui tenet musicam
Quintus modus est, in quo altera pars

ē causa efficiens, altera effectus ut
pater ē cā efficiens filij, et filiusē
patris effectum, ars est q̄ facit ar-
tificem. musicus musicum.
Sextus modus ē In quo altera par
agit, altera patitur, ut uerberās
agit, q̄ vapulans patitur, Arans ē
rē, qui arat id, quod aratur Arās
et aratur sunt relatiua, Scindēs
est is, qui scindit, id, quod scindit
Scindens et scissum sunt relatiua
Scribens agit, et id quod scribitur
patitur ut scriptor ē scripti scrib
Victor est uicti uictus, et uictus
est a victore uictus
Septimus modus ē, qui habet com-
parationem locorum uel in quo
utraq; pars loco discriminatur,
ut sinistrum est, quod dextro, op-
ponit, et sursū, quod non uergit
deorsum, ita supra et infra, su-
peri dicti sunt respectu inferorū,
infera, respectu superorum
Atq; hæ definitiones sut imperfectæ

ropterea dialectici perfectionem in:
uenerunt q̃ absoluit̃ initio et fine
seu ut in scholis dicunt fundame:
to quasi genere et termino quasi
differentijs, et proprietatibus. Na
quod in uera definitione genus
definimus seu uocamus id in re:
latiuorum explicatione fundame:
tum uocat, ut pater est homo et
quod supra uocauimus differen:
tias et proprietates hic terminum
nominamus, pater ē homo habēs
filium. Dominus ē homo hns seruū
Fundamentum est id a quo orit
relatio, est ueluti genus in definit:
Terminus est id in quo desinit re:
latio, e ueluti differentia aut ppri:
ū in definitione, ut pater ē relati:
uū, si uolo definire, oportet illa
duo, fundamentū et terminum
notare, fundamentum huius est
persona, pater est persona, Termi:
nus est filius. Dico ergo pater est
persona, quae habet filium Rex

persona quæ imperat subditis.
Sed fundamentum illud inuenit et desumit, uel ex subau ex quantitate uel ex qualitate
Ea q ex ibus sumunt hi psonã pro fundamento, ut pator, filiq. domq seruus, dux miles, maritus uxor
Quæ ex quantitate sumunt fundamentũ habent magnitudinẽ et multitudinem, ut multũ, parum, magnum, paruum, dupl̃ dimidium, æquale inæquale
Quæ ex qualitate sumunt fundamentum habent uirtutem et uitium, animũ intellectum & corpus, ut gloria, dedecus, Virtq et uitium, sanum corpus et ægrum. Breuiter fundamentũ eruendum est ex eo prædicato unde orta est relatio, ut patrẽ in pred: sbæ, eo in eodem pdic: inueniendũ ẽ fundamentum, id est persona. Terminus
Unde sumit?

Ex cōmuni cumulo differentiarū
i. reperiunh in septem illis modis
quib definiunh κὰθ' ἑλεροουμίαν
Sed notandum est, ēe quæda relati:
ua, q̄ habent contraria, ut mors et
uita, Sanitas et morbus, Gloria et
dedecus. Sed definiunh per contra:
rios terminos i. per uerba contraria
ut Virtutis præmium ē gloria
Dedecus est uitij pœna, Vita ēanj
et corporis consociatio. Mors est
dissoluno animi et corporis, Sa:
nitas ē quatuor humorū bona cō:
temperatio ex qua nascitur pfec:
ta corporis totius operatio, Mor:
bus ō malus quatuor humorum
mala contemperatio, ex qua nas:
cih imperfecta totius corporis ope:
ratio. Cur hęc ratio definiendi tradita?
Quia in hoc pdicato non continoh
certus ordo generū et differenti:
arum, sicuh in superioribus pdicis
ideo tradenda etiam fuit ratio,

quomodo uocabula hꝫ prædicati
sunt explicanda et definienda
Eiusmodi relatiuorũ definitio ab
Arte uocat ἀνθυποφορὰ conuersio
ἀποδόσεως reddito, ἀνάκαμψις
reflexio, Sed fit interdum, ut
definiri per correlatiua non pos-
sint, quod cum fit, fingenda
sunt uerba, sicut inqt Arles
ἐνίοτε καὶ ὀνομαλογεῖν
ἴσως ἀναγκαῖον, ἐὰν μὴ κα-
μερον ἓν ὄνομα πρὸς ὃ οἰ-
κείως ἀν ἀποδοθείη ut interpo-
nuanda sunt uerba si nõ ex-
pressum sit uerbum, cum quo
proprie possit conuerti, Vt
πιλάλεον ἐσι πιλαλεοῦ ἀπι-
λαλεον, Quotmodis explicãt relat
Duobus modis uel ijsdem casibus
uel diuersis casibus ijsdem Vt
Pater est filij pater, filius pa-
tris filius sit per genitiuum,

Dominus est dominus serui, seruus
est domini seruus, In datiuo ut
simile est simili simile, In ablat:
maius est maiore maius, minus
est maiore minus, Diuersis. ut
Verberans uapulantem uerberat,
Vapulans a uerberante uapulatur
Sensus e eius, quod sentit sensus
et id quod sentitur sensu sentit
Quod est στοιχεῖον huius loci?
στοιχεῖον est πάντα τὰ πρός τι πρός
ἄντιστρέφοντα λέγεται nomine
relatiuum In respectu correlati-
ui, ut pater dicit respectu filij,
dominus respectu serui
Ista communis e omniū prædicatorū
Tres autem ponunt definitiones
apud Artem, et eius interpretes
prima est ipsius Artis. Nempe
εἰ τὰ πρός τι οἷς τὸ εἶναι ταὐτὸν
εἰ δὲ πρός τι πῶς ἔχειν, Hoc e
Relatiua sunt quorum uis atq;
natura nihil aliud est, quam unio

erga alterum affectio aliqua vt
pater et filius. Eius modi affectio
ē ut neutrum sine altero possit
hoc nomine appellari. non. n. po-
test dici pater, si non habeat filiū
Preterea cum dicit ὅτε τὸ εἶναι
intelligit φρόνιν et νόειν
Altera definitio ē interpretū πρός τι
πρός τι ἐστιν ὧν ἡ οὐσία ἐστὶν
ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἀναστρέφειν
τινα χρόνιν. Relatiua sunt quo-
rū natura in eo consistit ut ab
recipere mutuam inter se habi-
tudinem uel affectionem
Tertia definitio est Platonicorum
πρός τι τὰ τοιαῦτα λέγεται ὅσα
αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν ἑτέρων εἶναι
λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς
ἕτερον. Relatiua sunt quorū
uis et natura alterius partis
ē dicit, aut ad alteram partē
aliquo modo, qualiscunq; is sit
refertur. Hæ tres definitio-
nes uerbis quidem diuersæ

sunt, re ipsa tamen conueniunt
Nam omniũ illarum iste sensus est,
relatiua ea esse, quæ habent inter
se mutuum respectum. Sed posse-
ma definitio ab Arte reprehendit
ur uerbum λέγεται dicunt. Nã
relatiua non solum dicunt esse
sed etiam reuera, quicquid sunt,
illud habent ab altero, ut pater
non solum oratione et uerbo ad
respectu filij, sed reuera ab ipso
filio habet, quod sit pater, ita fi-
lius non solum uerbo dicit respec-
u patris, sed reuera filius quicquid
habet, a patre habet.
ed τὸ ὁποῖον ἄλλως πρός ἕτερον
dicitur propter casuũ discrimina
et uariã explicandi relationem
Non n. eodem semper casu relati-
ua explicant, nec etiã eodẽ semper
modo, quia sunt quædã relatiua
quorũ correlatiua non sunt noti-
nata, illa eo oportet quocunq; mo-
do explicare. Usus etiã est Ho-

eſtricus, ut ſi patris officiū eſt
imperare filio, & filij ē obedire

## AGERE ET PATI
## CAPVT. XII

Actio et paſsio coniunguntur ſi-
simul explicanh ppea q̄ ſunt
relatiua, nam neutrū potest
esse sine altero, omnis agens h̄
respectu patientis, et patiens h̄
respectu agentis. In actione et
paſsione requirh mutuū contactus
Differunt autem à superioribus
quatuor prædicatis, q̄ supiora
considerantur seorsim per se
seperatim. Iſta uero sex consi-
derunh ex quadam connexione
quam habent cū superioribus
quatuor p̄dicatis: ut in actione
et paſsione considerah ſba cum
qualitate. Nam qualitas essit
ut substantia agat aut patiah

vbi et quando considerant in sba
et quantitate, situm esse q̃ habe-
re; continent sbam cũ qualitate,
Arles inscripsit π. οἰκεῖν et ὡὰ̃ χειν
per infinitiuũ agere et pati, quia
uoluit ostendere sea huc pertinere
quae significant ἐνέργειαν actiõe,
non ea, quae δύναμιν facultatem
significant, q̃ ptinent ad qualitate
Actio est qualitas coniuncta cũ sba
a eam ad agere coegit
Passio est qualitas coniuncta cum
sba, quae eam ad pati coegit
Actiõe secundũ quã ad agere dicit
Passiõ est actionis effectus
Diuisiõ actionis est triplex prima e
Omnis actio uel est immanens uel
transiens Immanens a graecis dicit
ἐμμένουσα, Grammatici uocant in-
transitiuam, Est, quae in eade sba
in qua excitata est, terminatur
cuius uis non transit in rem aliam

sed manet in eodem subiecto, in quo est orta ut Cogitare est actio hæc actio súscipit in animo et in eo quoq; terminatur sic argumentari intelligere disputare discere, ista actiones manent intra ipsum subiectum, in quo sũt excitata, Quid est transiens? Dicit mela Balbus hæc uel melius Balbus, Grammatici transitiua uocant. Ea est, quæ in aliã rem uim suam explicat, ita ut illa patiatur. Cuius uis in aliud subiectum transit in alia, ita ut conscindere est actio, illa actio incipit a corpore, sed non manet illi intra illud subiectum, in quo est excitatum, sed transit in aliud subiectum, in lignũ lapidem et inde lignum lapis dicit appetit: ita colligere transit in lignũ et alias res, quas colligis. Inde

Grammatici fecerunt duo genera Verborum transitiua, et intransitiua
Altera diuisio ē., Omnis actio uel post se opus relinquit, et dicit̃ nō ibis ut scribere relinquit opus, ꝫ epistola aut scriptionem, Aedificare relinquit opus nempe aedificium. item concisio, partitio, diuisio
Vel nullum post se opus relinquit et dicit̃ apotelis, ut natare cogitare, ratiocinari, canere, loqui, ire, ambulare, sed ex his actionibus nullum relinquitur opus
Quae est tertia diuisio actionis?
Omnis actio uel ē naturalis uel ē uoluntaria. Naturalis ē, quae a natura sola ꝓficiscit
Voluntaria, quae uoluntate hominum aut artificio ꝓficiscuntur
Actionū autem naturaliū sunt sex species Generatio Corruptio Augmentatio, Diminutio, Alteratio et loci commutatio

Generatio ē motus a non esse ad esse) ē eiusmodi motus, per quē aliquid, quod non est fit, ut ex semine fit herba, nam herba antea non erat, ex semine humano fit homo

Corruptio est motus ab esse, ad non esse: quo id, quod fuit efficitur, ut non sit amplius, vt qui modo fuit panis, non amplius est panis si corrumpatur

Auementatio est mutatio, qua acquirit maior quantitas, quod ante fuit paruū, iam fit magnū

Diminutio est mutatio, qua acquirit minor quantitas.

Alteratio ē motus, quo acquiritur alia qualitas. ut aqua quae fuit modo callida, iam fit frigida,

Loci commutatio ē motus, quo subinde aliud spatium occupatur, vt ire, progredi, sursum, et deorsum uergi

Actiones uoluntariæ sunt duplices
uel ptiuscunh ab intellectu, sūt
diaνοητικαὶ, ut actiones artium
fingere, scribere, ædificare pinsare
Vel ptiuscunh à Voluntate ut acti-
ones uirtutum et uitiorum

Quot sunt diuisiones passionis?

Duæ prima e Omnis passio uel spec-
tat ad interitum illius quod pa-
tih-i subiecti, ut occidi & pati ad
et illa passio spectat ad interitū
illius, qui occidih: ita compuri
est passio, pertinet ad interitum
ædificij, sic corrumpi est passio, et
spectat ad interitum eius, quod
corrumpitur, sic Vastari, destrui,
expugnari, dirui
Vel spectat ad conseruationem &
perfectionem eius quod patitur,
ut defendi passio est, et pertinet
ad conseruationem eius quod de-
fendih, Adiuuari, expoliri, reficii

educari, erudiri, instrui docuri
sunt passiones. Altera diuisio.
Omne quod patit uel est sensibile
sensu percipi potest, uel non est
sensibile, non potest sensu percipi
Sensibilia dr aliud là, ut corpus
animalis patit aliquid et ca-
dit sub sensus, ita lapis quicon-
tringit patit at, et cadit sub sen-
sum, Non sensibilia dicuntur
non là ut cogitatio, meditatio
arguatio, patiunt sese cogitari
meditari, sed tamen non cadut
sub sensum

Quae diuisio utriusq;

Quicqd agit aut patit uel est rerum
animatarum, uel inanimatarum
Res animatae sunt duplices ut aut
sentientes uel non sentientes
Sentientes sunt uel ratiocinantes
ut homines uel rationis expertes
ut animalia bruta
Inanimatarum ut lapis deorsum

cadit, est actio quidem corporis, sed
rei inanimatæ, flamma petit al:
tum est actio rei inanimatæ
Non sententientes ut arbores, plan:
tæ, herbæ, in quibus ē anima sege:
tatiua. Notandum autem
q̄ et hæc actiones et passiones oriri ex
qualitatibus, et consistere in priis
substantijs. Ad hoc autē p̄dic:
pertinent omnia uerba, q̄ actionē
et passionem significant, item.
uerbalia et participia. Preterea
nos hic consideramus non termi:
nationem uerborū, sed scansionem
Verba neutra pertinent ad p̄dic:
passionis. Quod ē τοῦ ἔχειν.
Omnis actio aut passio uersatur in
motu. Vsus communis ē reliquo:
rum prædicamentorum.

## VBI ὁ cap. CAP. XIIII.

Septimū prædicatū dicit ubi ὁ
cap, quod ad ordinem attinet.

recte sequitur post superiora. Nam
omnis res est in aliquo loco,
Quod ad definitionem attinet
Vbi est loci notatio, in quo actiones
et passiones rerum suscipiuntur &
perficiuntur In hoc prædicato au-
tem locus cõsideratur non quaten
ad spacium et interuallum attinet
sed quatenus res dicitur esse in loco
Nam spacium loci pertinet ad quan
titatem, ipsa loci capacitas, et ita
differt à loco, qui est in quantitate
quod hic consideratur res locus in
quo res est, uel fut ut Clodius occi
sus est in uia appia Plato disputa
in Lyceo, In quantitate spacium
loci consideratur ut interuallum qu
est inter Argentinam et Basileam
In scholis ita definiunt, Vbi est loci
denominatio, in quo aliquis dicit
esse, aut fuisse, aut fore
Græci dicunt τὸ ποῦ ἐστὶ σύμφυτος
πόσις. Duplex est loci diuisio
prima est generalis, altera specia-

lis; generalis desumit ab ipsa posit:
one & aut collocatione certarũ sub:
stantiarum, et est illa diuisio
Sex sunt genera locorũ, supra in:
fra, ad dextram et sinistram, ante
aliquem et post aliquem
Specialis sumit a locorũ qualitate
Omnis locus uel naturalis, quale
natura produxit, et tulit, ut loca
marítimus, locus á mari remotus,
locus montosus, locus asper locus
apricus, locus ópacus. VI Fortuitis
sunt, qui a casu uel a fortuna aut
hominum uoluntate sunt constituti
ut loci ædificati uasti culti mcul:
ti, profani aut consecrati, frequẽ:
tes aut deserti. Ad hoc aútem p:
dicitu pertinent omnia ea, q ad qsti:
onem ubi possunt commode respon:
deri, ut Christus natus ẽ in bethleh.
Pdicauit euangelium in Iudæa,
Roscius occisus est Romæ, Titius fuit
Amoriæ, Clodius occisus fuit in via
Appia, Quod est solœcon huiq loci.

Proprium est loci aliquid continen
Vsus præcipuus est in statu conie
turali, cũ quæritur ubi ad sit factũ

## QVANDO. CAP. XIIII.

Quando a græcis dicitur πότε, Et
recte sequitur post superiora, Nam
omnes actiones et passiones ſbarum
sicuti in loco aliquo fiunt ita etiã
etiam aliquo tempore, Nam quod
fit, id fit in tempore Est autem
Quando temporis circumscriptio
notatio Ἐsὶ δὲ χρόνου ἔνδειξις
demonstratio temporis, quæ ad se
habet ubi ad locum, ita Quando
ad tempus Non-n· tempus pse
quatenus est mensura motus se
cundum prius et posterius con
siderat sed quatenus ad in tem
pore dicitur fieri Oratores uocãt
χρονου γραφίαν temporis circum
scriptionem, sicut locũ τοπου γραφίαν
loci descriptiones.

or frequenter hisce utunh poetæ
Duo huius loci sunt ḋiuisiones Vna
generalis altera specialis, Genera:
s hæc est, Omne tempus uel ē p̄ſēs
uel præteritum, uel futurum, cu
præsenti coniungeih tempus instans
ὸ ἐνεστὸς, et præsens τὸ παρὸν'
Præteritum uel est recens uel ue:
ustum, Recens uocant Gramatici
teritum imperfectum, Vetustum.
rammatici plusquam perfectum
uocant, quod olim præteriit
Futurū ḋiuiḋitur in tandem futu:
rū et paulo post futurum,
pecialis ḋiuisio hæc est tempus ut
est naturale uel fortuitum. Tem:
pus naturale ē, quod natura ita
tulit, quod notat temporis naturā
ut partes anni Ver, æstas autumnq.
hiems, annus, ḋies, noX hora me:
sis, hebḋomeda momentū ætas
infantia, pueritia adolescentiā
Iuuentus, senectus
Fortuitum est, quod fortuna, casus,

aut hominum uoluntas constitu
ut tempus prandij, cœnæ, dies fe
dies profesti, dies sacrificiorum
dies nuptiarum, lustoru dies su
plicationum, prœcationum

Ad hoc prædicamentũ pertinent
omnia quæ ad quæstionem quã
possunt respondere, ut quando
Christus natus est, destructa poli
tiaca, quando passus anno ætā
tis uigesimo quarto, Roscius nu
tu occisus est, Clodius hora duo
decima occisus est, item quæ ad
quæstionem quàm diu respondē
possunt, huc etiam pertinent
Στοιχεῖον est, Tempus uersa in
motu e mensura motus secun
dũ prius et posterius. VSVS.
Vsus est oratorius in statu conjec
turali quando examinant tempo
ris circumstantiam,

## POSITVM ESSE
### CAP. XVI.

Nonum prædicamentũ dicit ab

ab Arlo κεῖσθαι situm uel positum esse
in scholis ἡ situs et positio. Est áu:
tem Situs qualiscunq; corporis et
eius partium positio. Aptè ita
definiit κεῖσθαι ἐστι, ἡ τοιᾶδε τῶν
μορίων τάξις ἐν χώρᾳ τινι μο:
είων τάξις Est eius modi ῥῆσις: qð
ostendit situm corporum
Situs uel est naturalis uel uolun:
tarius. Naturalis, ut situs elemen:
torum, aer dicit pendere, terra
in iacere montes saxa, scopuli
arbores dicunt stare. Volunta:
rius est duplex, uel est in animan:
tibus uel in inanimatis
Situs in animantibus triplex est, ut
sunt corpore erecto dicunt sta:
re, uel corpore prostrato & in iace:
re, uel partim erecto, partim pros:
trato corpore et dicuntur sedere
In rebus inanimatis ut situs urbi:
um ædificiorum, statuarũ, turri:
um, et reliquarum rerũ, quæ ar:
te et hominu uoluntate hoc uel illo

modo ponuntur. Ad hoc p̄dic: p:
tinent omnia uerba, uerbalia et
nomina, quaecunq; situm aliquem
corporum aut eius partium scat
item nomina gestuum, alius n̄
situs adorantis, supplicantis cur
rentis, currentis, pugnantis, se:
dentis ut apud Virg. Exemplo
borum, sedere, iacere stare accuba
re, esse pronū esse supinum, incli
nare, inflectere incubare. Expla
nominum ut status sessio accuba
tio, discubitus inclinatio inflexio
manus prona, manus supina,

# HABERE CAP: XVI

Postremū praedicamentū ab Arte
uocat ἔχειν habere uel habitus
Habitus ē ordo uocū ā corporis
et eius partium uestitum aliqua
scant uel habitus ē ratio ue sti:
endi corporis et eius partium
Habitus hic non accipit ut inqua

itate, in qualitate habitus significa:
at qualitatem animi, aut corporis
erfectum, et absolutum. Hic uero
olum scat tegumentū qualicorporis
ræcipita definiunt ἔχειν ἐσι ἕβιας
περὶ ἕβιαν περίθεβις, Habere ē
ba circa substantiam adiectio uel
pplicatio, Quotduplex habitus?
abitus triplex ē Nam uel res tota
rem totam circumit rem totam vt
unica corpus, Calceus pedem, Chi:
rotheca manum Vel res tota par:
em aliquam tegit, et circūplicat
t annulus ē res tota, tegit partē
igiti, torques tegit partem colli
el res tota à parte continen ut tē:
um teneh à parte manus, Calamo
eneh a parte manus, Et hæc di:
ū abscisio ēst Harmonij
uius pticati sunt, qcunq uestitū
qcornatum, instructum, et tegūmē:
um corporis significant Vestitū vt
se tunicatum, tegatum, paleatū
benulatum, sedicatricum, calceatū

ornatus, ut esse annulatum, coro-
natum, torquatū monili sceptro
esse pullatum, infulatum, instruc-
tum pertinent instrumenta Gar-
ma quatenus appellationem reb⁹
tribuunt, ut ab armis, ēē gladiat⁹
armatum, loricatum. thoraleatum
scutatum, Instructum, ut Iuppi-
ter cum fulmine, Appollo cū pha-
retra, et testudine & lyra, Mine
ua cum hasta, et clypeo, Tegu-
mentum ut sunt bestiarum hab⁹
vilosæ, pilosæ, squamosæ testa-
tiæ, sētosæ, cornutæ, suscipit
animal setosum, cancri testatū,
boues cornuti, equus in iubosus,
propter iubam.

Sunt autem noua genera voca-
bulorū, quæ excludunt, Primū
uocabula complexa. uoces con-
iunctæ, ut homo iustq, Soc: currit.
Deinde consignificatiua. Gover-
nantia ut sunt signa duō
titatis, Nullus. Omnis. Quidam.
Aliquis, Cuicunq, item partes in

Declinabiles exceptis aduerbijs qua:
litatis & quantitatis, loci & temporis
terno uocabula rerum ficticiarum ut
himera, harbia Ciclops. Cariphis
Quarto uocabula polisima æquoca
homonyma Taurus, Cancer canis
quatenus sunt homonyma, Arma
Quinto uocabula artium ut subiec:
-um, prædicatum, Syllogismus
genus, species, proprium, differentia
Nominatiuus, genitiuus: datiuus
accusatiuus, Vocatiuus, ablatiuus
Sexto uocabula rerum infinitarum
Deus, numen, Aeternum, æuum
Septimo transcendentia Res, Ens,
unum, bonum, aliquid
Octauo, Vocabula, quæ significant
priuationem, cæcitas, surditas, te:
nebræ
Nono ultimo Vocabula, quæ significant
partem totius, caput, pectus uen:
ter, digiti, manus, pedes, Et conti:
nent his uersiculis:
Complexu, cõsignificans fictu polisemu
Logicæ Deq; extedens, priuatio parsq.
Quæ studiose categorijs non recipiuntur,

# EXPLICATIO TERTII GENERIS LOCORUM. DE TOTO. CAP. XVII

Tertium genus locorū appellatur ἐξ ὧν ἐπιχειρητικὸν et κατὰ διαίρεσιν ὅλου quia adhibetur ad probandum & tractandum atq; illustrandum primum genus locorum, et continet locos διὰ ὧν ἢ δι' ἃ quæ fit probatio. Nam sunt tria genera locorum apud græcos. Alij enim dicunt loci περὶ ὧν ἢ de quibus quæstio inchoatur, ut sunt loci primi generis locorum. Nam in illis quæritur de genere, ut de proprio, uel de definitione, uel de accidente. Secundum genus continet locos qui dicunt ἐξ ὧν, ex quibus desumitur materia propositionū et argumentorum, huiusmodi sunt decem prædicta, quæ suppeditant materiam propositionum et syllogismorum. Tertiū est eorum, qui dicunt διὰ ὧν

huiusmodi sunt et hi loci, et tres lo-
ci quarti generis locorum. Ish loci
sunt uere loci, et solum numerant
isti duodecim loci, et tres loci quarti
generis locorum. Sunt autem lo-
ci tertij generis locorū duodecim
Totū, partes, Notatio Coniugata.
Casus, Causæ, Effecta, Adiuncta,
Testimonia, Similia Contraria et
Comparata et sunt duplices uel ar-
tificiales uel inartificiales Artifici-
ales dh ἔνλεχνοι, quia ex arte dia-
lectici seu disputatoris ꝓficiscuntur,
Inartificiales dicunh ἄλεχνοι, qui
non ꝓficiscunh ex arte disputatoris
sed aliunde assumuntur ut locus
testimoniorum, Reliqui omnes loci
sunt artificiales Artificiales
uel sunt insiti, uel assumpti,
Insiti sunt, qui ex seipsis adꝓbāt
ut totum, partes notatio Coniu-
gata, casus, Causæ, Effecta Adiuc-
ta, Assumpti, qui non ex seipsis,

sed ex collatione, quã habent cũ alia re, aliquid ꝓbant ut similia, dissimilia, contraria, et comparata

Primus locus ꝺ̃ totũ, et res uniuersa a ꝙrecis ὅλον et βώλον et ꝓpositiones, q̃ ex hoc loco desumũt uocanꝺ̃ ai καθ' ὅλ& προλάβεις Quidam dialectici arcta ex hoc loco desumpta uocant desumpta a ḡne item a definitione. Definitiõ naturam habet totius

Est autem totum, quod in species partes seu membra potest diuidi, uel ẽ partium iusta collectio

Totum duplex ẽ, uel ḡris ut integri totũ generis dicit ὸ καθ' ὅλ& ab aliis dicit totum uniuersale supra in primo genere locorum appellauimus genus, Vel totũ ḡris ẽ quod ꝺ̃ ḡris amplitudinem, ut in species et differentias potest diuidi, ut Virtus est

totum generiçũ, ℓ. est eiusmodi genꝰ totũ, quod naturam habet generis diuidi in differentias, quod Virtꝰ alia ē in intellecta alia in uolun: tate, Deinde diuidit in species in prudentiam, iustitiam, tempantia fortitudinem, ita Animal ē totum genericum, diuidit primũ in diffe: rentias, Animal uel ē rationale uel irrationale, deinde in species anil aliud ē leo, aliud homo, aliudcãis Corpus diuidit in animatũ et inin animatum, insentiens et nõ sentiens Quæ supra genera uocauimus, hic appellamus tota generica

Quid ē totum intelligi?

Dicit ὅλον et σώλον ꝯ uerbain: ter se differunt quod ὅλον sit uni- uersale non sic no, sed significatioe quod Arles etiam uocat τὸ καθ' ὅλα μὴ καθ' ὅλα, ut animal currit homo ratiocinan σώλον autē

et signo et scatione est uniuersale,
et uocan τὸ καθ' ὅλα ὡς καθ' ὅλα
Est autem totum integri, quod co-
stat ex partibus seu membris ut
homo e totũ integrale constat ex
partibus, ex animo, cõrpore capi-
te, thorace, uentre, et membris
brachijs ꝫ: et pedibus; ita domꝰ
constat ex fundamento, tecto,
parietibus et cæteris habitatio-
nibus, cubiculis, hypocaustis
Uniuersa resp: distribuith in ordi-
nem senatorium, equestremet
plæbeium, Scholæ in scholarch-
as, theologos, magistros, discipulos
Differunt autem totũ generis et
integri duobus modis t- totum
eris diuidih in species & differẽtias
totũ integri diuidih in partes seu
membra, & partes generis dicunt
τὰ εἴδη et διαφοραὶ, species et
differentiæ, partes integridh τὰ

μέρη partes membra, μόρια
Secundo totū genericum omnibꝫ
suis partibus, speciebus & differē-
tijs communicat suum nomen,
Nam prūdentia ē virtus, iusti-
tia ē virtus, fortitudo ē virtus
Homo est animal, bos ē ait, Leo ē
ait, Canis est ait. Totū uero inte-
grale suis partibus non cōmunicat
nomen, Nam non bō sum dicere
pariēs est domus, cella est domꝫ
tectum ē domus sic corpus ē hoc
caput est homo, venter est homo
Quod est σοιχεῖον totius?
Posito toto, ponit quælibet eius pars
et Negato toto, negantur etiā partes,
Exemplum affirmatiuū Vt,
Vniuersa resp: Romanorū Ciceronē
reuocauit ex exilio ergo etiā pon-
tifices eum reuocarunt
Omnē habet uirtutē ergo et iustitiā
Magistratus ē custos legis diuinæ
ergo etiam prima tabulæ

Tota resp: est consilio gubernanda
ergo etiam Domus, quia Domus e
pars reip: item Omnis uirtus est
laudabilis, igitur etiam iustitia
Si omis hõo mortalis ẽ, et Socrates
Omnis homo est ratione præditus
Igitur et Plato ratione ẽ præditus
Omne ait sentit igth et ons hõo sent.
Ex toto integri ut
Si totꝙ homo imbecillis ẽ et pedes
Si omnes homines sapiunt ẽ et s
Si omnes ordines reipub: sapiunt
Ergo et ordo plæbeius sapit.
Exemplũ negatiuum.
Nulla ht uirtute ẽ. nec tẽpãa.
Nullũ ait sempiternũ ẽ nec homo
Nulla ars ẽ inutilis ẽ nec dialectica
Nulla virtꝙ ẽ vitupanda ẽ nec euen
Nullum ait insensibile ẽ nec hõo
Ex toto integri, ut.
Nulla pars corporis sana ẽ nec capu
Nullꝙ ordo reip: sapit, ẽ nec plæbeiꝰ
Nullum corpus animatum expers
ẽ interitus, ẽ neꝙ ossa, et similia.

Totum uel continet in ꝓblemate i. in quæstione, hoc ē adferit addis bu- tandum, uel ē extra problema i- e inueniendum tanquam medium, per quod fit probatio. Totū autem illud quod in ꝓblemate continetur, e triplex, uel continet in subiecto qstionis, uel in prædicato, ut in u: troq, in sub: vt si quæro an omes artes sint utiles, an omne ait sit mortale, an omnis uirtus possit do- ceri, in prad: vt An dialectica sit ars, an iustitia sit uirtus, An soc: ut ait, In utroq, ut An omnis hoō ut at, An omnis iustitia sit uirtus An omnes artes sint habitus

Quando totum ē inueniendū quando per illud tanquā per mediū aliquid est probandum, probatur quando totū illud non ē ἀμφίς βήτησιν, quando non ꝓbi- tationem, sed ē confirmatū atq; comprobatum et tum à toto arcta tio fit ad partes, ut si quæratur

utrũ parsimonia sit uirtus, oportet
me pbare per aliquod tertium dictum
Omnis temperantia est uirtus
O: parsimonia ẽ pars tẽperantiæ
Ergo omnis parsimonia ẽ uirtus
Item utrũ dialectica requiratur in
theologo, probo per aliquod tertium
O: artes requiruntur in theologo
Dialectica est ars, Ergo
Dialectica requiritur in theologo
Vsus huius loci duplex ẽ, Syllogis-
ticus et ereasticus Syllogistica
ẽ qui pertinet ad rationem argu-
mentandi, et ostendit quomodo
ex hoc loco arcta sint desumenda
Argumentamur autem duobus
modis affirmando & negando
Affir, Vt totũ ēg humanũ peccatum
est obnoxium ēg etiam infantes
peccato sunt obnoxii, item.
Totus mundus diluuio ẽ uastatus
Ergo etiam paradysus ẽ uastatus
Totam domũ construxi, ēg etiam
cellam uinariam, Ex genericis
Omnes artes tenet ēg et dialectica

mnē habet uirtute ēo et clementiam.
Omnis arbor floret ēo etiam Cæsus
Lecando, ut Nemo sine fide Deo
latet, ēo nec infantes Deo placent
: ordo hominū p̄fecto ē, ergo neq;
rdo theologorum est perfectus
Nemo sine crimine uiuit, ēo neq;
heologi sine crimine uiuunt,
toto ḡenerico Vt.
Nullam artem tenet ēo nec dialectica.
Nulla ht Virtute ēo neq; prudentia
: elementū ē compositū, ēo nec terra.
Quis ē usus ēt Vasis &c.
ui pertinet ad probandū et confir:
mandū primū ḡenus locorum Vt
e genere, probo uirtutem esse ḡeng
arsimoniæ, per totum, quod subse
omprahendit parsimoniam, nēpe
emperantiam. et ita dico
Omnis temperantia est uirtus
Parsimonia ē temperantia
Ergo parsimonia est Virtus.
Omne corpus animatū est animal.
Omnis homo est corpus animatū.
Ergo omnis homo est animal,

De proprio,

An proprium sit hominis p se mo
ueri. Probo per totum generiū

Omne animal per se mouet
Homo est animal Ergo
Homo per se mouetur,

De definitione

Utrū iustitia sit habitus animi na
turæ consentaneus p̄bo per uirtu
O: Virtꝰ ē habitꝰ aīj naturę gsentan
Iustitia est virtus Ergo
Iustitia ē htꝰ animi naturę gsentan

De accidente

An dialectica requirat in theolog
probo per totum et dico.

Omnes artes requrunt in theolog
Dialectica est ars. Ergo
Dialectica requirit in theologi

PARTES. ~~DE NOTATIONE~~

CAPVT XVIII.

Alter locus ē partium, rectē ponit
post totum, quia neutrū sine al
tero potest intelligi, nemo potest
scire quid sit totū, nisi sciat quid



95 a

PARTES ?

partes, et contra, nemo potest scire.
quid sint partes nisi sciat q̄ totū sit.
Nam totum partium est totū, et par:
tes sunt totius partes.
Partes dicunt̄ cā μέρη, quidam dia:
lectici nominarunt hunc locū, locū
ab enumeratione partium, locum
a diuisione, locū a partitione ā
remotione. Quid sunt partes?
quæ uel generis alicuius sunt for:
mæ, uel integri membra ex qui:
bus totum constituit. Vel partes
sunt ex quibus totum constituit,
cā μέρη ἐσὶν, ἐξ ὧν τὸ ὅλον συγκέ:
κειται. Diuisio partium facta ē
iuxta diuisionem totius, quoniā
totius q̄ est eadem natura.
Partes uel sunt generis uel integri.
Partes generis quæ habent
eadem genus, et propterea dicunt̄
συγγενεῖς cognatæ tales sunt for:
mæ et differentiæ. Nam genus in
has illas partes formas & differentias
linguam in suas partes diuidit

vt homo, equus, Leo, asinus Can
elephas, tigris dicunt species ali
et sunt quasi partes animalis, Su
temperantia, iustitia, prudentia
fortitudo, clementia dicuntur
species, uirtutis. sic rationale, i
rationale, corporatum ee, et inco
poratum sunt partes substanti
seu differentiae. Et harū partiū
enumeratio dicit διαίρεσις diui

Partes e integri dicuntur membr
et sunt duplices uel rerū anima
rum, uel inanimatarum, ani
ut sunt partes animalis inani
ut partes lapidis, ligni, ferri, plu
bi, argenti. Et hae partes sunt si
plices uel similares, uel dissimi
lares uel instrumentales
Similares dicunt μέρη ὁμοιο
μερῆ, uel ὁμο Verē, et sunt qu
eiusdem nominis et naturae sunt
cum toto ) quae idem habent nom
. et eandem naturam cum toto, vt
partes carnis, lapidis, ossis, auri

similium rerum, ex quibus quælibet
pars nomen & naturam totiꝰ retinet
Nam quælibet pars carnis & caro, ꝙlibet
pars lapidis dicitur lapis.
Partes dissimilares & μερῆ ἀνομοιομερῆ, uel ἑτερομερῆ uerꝰ sunt quæ di-
uersi nominis et naturæ sut cum
toto. non habent idem nomen et
eandem naturam cum toto, ut par-
tes corporis hominis, caput, uenter, brachi-
um, pedes, thorax, item partes do-
mus; fundamentū, parietes, tectum
similium rerum partes, q̃ neq; de
nomen neq; eandem naturā cum
toto retinent. Non. n. caput seu brachi-
um, etiamsi sit pars animalis seu ho-
partes sunt nis, dicit homo, neq; hypocaustū
etiamsi pars sit domus, dicit domus
Partes instrumentales dicunt μερῆ
ἁρμικά, et sunt quæ inseruiunt
actionibus animantium, ut manus,
pedes, oculi, naues, pedes, et similes
partes animalis. Sed differunt
partes gris et integri, q̃ domes par-

tes generis habent idem nomen cũ toto, sed non omnes partes integr idem nomen habent cum toto Harum partium enumeratio dich μεριβμὸς hoc est partitio Generale huius loci στοιχεῖόν est positis omnibus uel præcipuis par- tibus ponit totum, et negat om nibus uel præcipuis partibus nega tur totum, Hinc apparet ex hoc co, duplicia sumi arcta affirmati ua et negatiua affir: Vt prudẽ tia, fortitudine, temperantia iustit prædituſ est, eo omnem habẽtem tem. Neg: Vt neq physicam neq logicam, neq ethicam tenet, Ergo non est philosophus Vt uero huius loci natura melius intelligatur, quem usum in arcto habeat, pe nunh sex στοιχεῖα, quæ duplicia sunt, qdam affirmatiua, quædam negatiua. Affirmatiua tria sunt, Primũ Ex enumeratione omniũ aut præcipuarũ partium, totum

onstituitur, vt Aduersantiũ, priuã:
ium, Relatiuorum, et negantiumẽ
adem doctrina ẽo omnium contra:
orum eadem est doctrina, sic prude:
a potest doceri, iustitia fortitudo&
emperantia, Ergo omnis uirtus potest
oceri, Orthographiam, prosodiam
tymologiam et sintaxim discit, ẽo
tam grammaticam didicit Discit
nuentionem iudicationem collocã:
onem, ẽo totam dialecticam tenet
undamentum, paries, tectus sũ:
sumptibus et impensis extruxit
rgo totam domum suis sumptibus
truxit, Hic notandũ est. Enu:
erari uel omnes uel præcipuas
artes, omnes ut in rebus finitis,
n quibus omnia possunt enũerari,
ræcipuæ, in rebus infinitis, in qbꝫ
on omnes partes possunt enũerari,
lterum soixeiov est ex affirmatiõe
ius partis, totum constituit, sed
finite, non uniuersaliter Vt
rammaticam didicit, ẽo arte didicit

non autem sequit omnem artem q
dicit, Liberalis ē, ḡ est uirtute p
non autem omni uirtute, Homi
uidi ergo animal. sed non omeam
Boni et mali eadem est cognitio q
contrariorum ē eadē cognitiō, sed
omnium contrariorum
Tertium sorites est, Ex refutati
ceterarum partium, aḋ unam a
quam aut plures affirmando pu
tur, ut si liberē aut est testame
aut censu, aut uindicta liberta
Sed neq; censu, neq; testamento
liber, ḡ uindicta liberest, item
Si ciuis ē argentinensis, aut ibi na
ē, aut emit ius ciuitatis, aut q
natus est ciuitati, sed neq; ibi
natus, neq; emit ius ciuitatis ḡ
donatus est ciuitati, item
Si uirtus est qualitas animi, aut
ē potentia, aut perturbatio, aut
habitus. Sed non est potentia
perturbatio, Ergo est habitus
Si doctor ē, aut ē doctor medicina
aut theologiæ, aut iurisprudentiæ

Sed neq iuris prudentiæ, nec theo-
logiæ doctor ẽ, go ẽ doctor medicinę
Cicero uocat remotiones oratorias,
Negatiua σοιχεια etiam sunt tria,
Primũ est ex remotione omnium
aut præcipuarum partium totum
retollitur, ut neq pœnitentiam nec
remissionem peccatorũ docet, Ergo
non docet Euangelium, neq lex, neq
prophetæ, neq euangelium, neq
ta libri scripta apostolorum, phibent gerre-
re magistratum, go Nulla sacra
scriptura hoc prohibet. Neq rerũ
humanarum, neq diuinarũ epity-
Ergo non est sapiens, Neq physica
neq logicam neq ethicam dicit
Ergo non est philosophus Nec cor-
pore nec animo ualet go non e sang
Si occidit, aut odio, aut metu aut
spe, aut amici gratia occidit,
et neq odio, neq metu, nec spe
nec amici gratia occisus ẽ ut occi-
deret, Ergo non occidit. Exempla

præcipuarū partium Ista structura
non habet tectum ẽ non ẽ domus
Hoc ait caret ratione ẽ non ẽ homo
Hoc lignū caret radicẽ ẽ nō est arbor
Alterum est Ex remotione unius
partis, totū uniuersale affirmati-
uum κατ' ἔνσαβιν refutatur Vt
Non ẽ musicus, ẽ falsum ẽ eum
ẽe magistrum omniū artium.
Non ẽ liberalis, Ergo falsū est q̃d
omnem habeat uirtutem. Iusti
et iniusti non est eadem doctrina
ẽ falsum ẽ, omnium contrario
rum eandem esse doctrinam
Tenorat prosodiam, ẽ non te-
net uniuersam grammaticam
Plebs non consensit in hanc legẽ
Ergo falsum ẽ uniuersam ciuita-
tem consensisse in hanc legem,
Non didicit Rhetoricam ẽ falsū
ẽ, eum omnes artes didicisse
Non locauit tibi cellam, ẽ non
locauit tibi totam domum

Tertium στοιχεῖον est Ex affirmatiõ
unius partis totum universale ne-
gatiuum καθ' ἕνσασιν refutatur
Sor: bonus fuit ꝯ falsũ ẽ nullo philo-
sophos ee bonos, Aristides fuit iustꝰ
Ergo falsum ẽ eu nulla huise virtute
Boni et mali est eadem cognitio ꝯ
falsum ẽ nullorum contrariorũ
esse eandem cognitionem.
Iste ẽ musicus, ꝯ falsum ẽ eũ nul-
lam tenere artem VSVS
Vsus huius loci est duplex Syllogis-
ticus qui consistit in argumentan-
do, cum nimirum ex hoc loco ar-
gumenta desumimus ad aliquid
probandum, uel refutandum, argu-
mentamur autem ut paulo ante
ostensum est duobus modis affir-
matiue et negatiue. Affirm: vt
Senatores, equites, plebs hoc de-
creuerunt, Ergo totus populus hoc
decreuit, item tenet ratione inue-

niendi iudicandi collocandi &c. to-
tam dialecticam tenet. Nec: v
Roscius neq; sua manu, neq; p ser-
uos, neq; per liberos patrem interf-
cit, ergo non occidit patrem. itm
Non tenet iudicationem, Ergo non
tenet totam dialecticam
Vel est usus ꝑ vasia ⊙ qui pri-
net ad primũ genus locorum tra-
tandum et probandum.

Exemplum de genere ut

Si quæstio sit an anima genus si
numerus, Refutan ex loco partis

Omnis numerus ut par vel impa

Animus neq; par nec impar

Ergo anima genus non ē numer

Si quæstio sit utrũ iustitiæ genus
sit harmonia, probo per partes
⊙: harmonia ut ē dianeuke ut dianeu
Iustitia nec ē dianeuke nec dianeu
Ergo iustitia non est harmonia,

De proprio

Si quærah utrum propriũ sit hominis ee philosophum pbo ppartes

Sinon non fuit philosophus

Sinon fuit homo Ergo

Non e ppriũ hominis ee phitosophum.

tem an proprium sit literatorum esse musicum, probo per partes

Balbus non fuit musicus

Balbus fuit literatus go

Non e ppriũ literatorũ ee musicũ

De Definitione

An Rhetorica sit ars persuadendi

Cicero non semp persuasit iudicibq

Cicero tenuit Rhetoricam go

Rhetorica non semp e ars psuadedi

An homo sit animal quatuor cubitorum bipes, retuto ex partibq

Iste non est quatuor cubitorũ

Nõ ẽ uera definitio hominem ee

quatuor cubitorum.

De accidente vt.

Neq; aduersantium, neq; priuan
tium, neq; relatiuorum, neq; po
nantium: eadem est doctrina q
Nullorũ contrariorũ e eadẽ doctrin
